Ossium autem pectoris amplitudo uel spacium ex .vii. componitur ossibus in quorum extremitate est cartillago. quorum primum est apud gulam. finis uero est infra partem sub mamillam que est angustior locis aliis locis qui sunt inuentis que cum palpantur mollia uidentur ossa ... uero cartillaginis ossa sunt inuenta. latera .xij. et sunt curua. quorum ... longius est medium ... una duarum extremitatum que scilicet est posterior spondilibus coste continuatur quorum extremitates ... flectuntur que posteriores uel coste nominantur et quod sub amplitudine pectoris conueniunt est totum molle usque ad femoris ossa.

De ossibus manuum

Nunc uero ossa manuum et pedum nominabimus. manuum quod illud os primum est quod adiutorium uocatur quod est os gibbosum intus concauum cui caput pixide pectoris intrat quod est suarum extremitatum. Extremitas uero alia est in cubito in quo est rotula instrumenti ... quia intrat superioris arundinis extremitatis. uero due sunt in longitudine que est in cubito usque ad rascetam. quarum una est minor que uocatur superior arundo. Alia que est uero maior et uocatur inferior arundo. quarum unaquaque in suis summitatibus quibus aptibus rascete sunt. quedam habent additamentum per quod fit iunctura que ab ipsis rascete perficitur. Rasceta autem ex viij. ossibus componitur. quorum .iiij. que in latitudine sunt disposita. Alia .iiij. eodem ordine dispositis coniunguntur in latitudine que cum sint minuta dura medulla carent. quorum figura est parua curua ex qua figura rasceta perueniunt. post uero rascetam est pectus quod ex .iiij. componitur ossibus que ossibus rasceta continuantur ligamentis quibusdam ualde firmis pectinis uero ossibus continuantur ossa digitorum que in unoquoque eorum sunt tria. quorum unum cum nexionibus ligamentis continuatur

manus continuatur loco iuncture. omnia ergo ossa manus sunt triginta. os scilicet quod adiutorium nominatur et ossa duo que arundines nominantur. rascete uero ossa que sunt .viij. et nouem digitorum. os autem pollicis primum superioris arundinis extremitati continuatur in loco iuncture amplo et lato. quod ideo factum est quia magno indiget motu ut reliquis .iiij. digitis. post adiungi Ossium uero pedum et primo coxe. quod exterius est gibbosum. intus autem latum cuius extremitas superior est rotunda que uertebra coxe uocatur. hoc quidem anche pixidem intrat a quibus prima pedum iunctura generatur. Eius uero que inferior extremitas pixidem ossis que alio cruris est osse magno intrat. quod autem crus uocatur est id quod usque ad genu a dealtrum ... protenditur. quod autem his duobus ossibus minus est inferior arundo uocatur. Hoc autem duorum summitates calcaneo continuantur a quibus tertia iunctura pedis oritur. iuncture autem que in genu sunt suppositum os rotundum cartillaginosum quod os genu uocatur a quibusdam molaris. Calcaneum uero inferioribus ossi quod mascla uocatur coniungitur. insuper uero coniungitur cuidam ossi quod uocatur aribus rasceta pedum que ex tribus componitur ossibus continuatur ex quibus forma peruenit que ad id quod est hic necessaria est apta.

De rascetis pedum

Rascete autem pedis pectus continuatur. que ex quinque componitur ossibus quibus digitorum ossa continuantur que minores sunt tria excepto magno digito in quo sunt tamen duo ossa. Omnium pedum ossa sunt .xxxix. anche scilicet et cruris .ij. et calcaneum. os quod uocatur achillis et tria ossa ex quibus rasceta componitur et alia .v. ex quibus pedum componitur. Digitorum quoque ossa sunt .xiiij. et os genu. et omnia pectoris ossa ... fiunt ut G. manifestauit et .xlviij. excepto osse quod est in epiglotto quod laudis littere grece os similitudine nuncupatur cuius figura hec est. Λ. os quoque quod est in corde ... quibusdam nominatur. que sunt in iuncturis replent et uocantur ei ... materialia.

De musculis

Musculi qui in toto corpore reperiuntur secundum G. iuxta sunt ... quingentorum et .xxix. inueniuntur corporibus ... tractatu loqui. Musculorum compositionem dicimus ex carne et ... ligamento. ipsi quoque uoluntariorum motuum sunt instrumentum. quorum figure scilicet suorum locorum diuersitate ... et est necesse diuersificari. plures autem ... ita ut carne sunt inuolutum producitur quousque ad extremitates inferiores perueniant. Et quia extremitatibus quidam exeunt cum quod cordi uocantur que quousque illis ... extremitatum que per ipsum motum dicti ... sic colligatur autem et ad partem suae in ... trahit. ubi totum membrum retrahit et ad illam partem ad quam colligit est musculus. Si autem membrum quod mouet magnum sit musculus quoque ipsum mouet. Magni et crassi erunt a quo una ossa aut plures oriuntur corde que membrum quod mouit dicitur continuatur plurimum et multi musculi minimi membro motu sibi inuicem continuatur et ... qui autem musculus paruum mouet membrum paruus est et subtilis musculus est quod est in eo et totum eius mouet magnum ualde. Musculi uero superiores palpebre mouentes minimi sunt parui et subtiles a quibus cordi non ... Membrum quodque omne quod motu uoluntario mouetur quod si apte mouetur contrario inuicem contrario musello habet ab unoquoque quorum ad suam trahit partem. Quidam totaliter mouetur musculus uero exterius alium ... Cum autem quisque in suo contrario ponit suam silis perfecit actionem membrum tunc erit erectum in neutrum duarum declinans partem. Ubi quidam manus contrahitur a musculo qui est in parte brachii domestica trahit continuatur iniuncto suo a musculo qui est in parte brachii siluestris trahit flectitur extensius. cum uero ab utroque similiter mouetur et recta. motus autem uoluntarij qui fiunt in corpore sunt hii motus scilicet qui est in frontem et motus oculorum et maxillarum et motus summitatis narium et labiorum et lingue et epiglotti motus. motus mandibule inferioris et capitis motus et colli et motus iuncture spatule et adiutorii et motus iuncture qui fit in summitate adiutorii et arundinum et motus iuncture arundinum et rascete et motus digitorum et unguis ... suarum iuncturarum

nota quod uocat manum quod est ab humero usque ad extremitatem digitorum pedem partem que est ab ancha usque ad extremitatem digitorum ... ossa que adiutoria uocantur ... magnum ... ossibus ... adhereat ... superioris ...

De ossibus pedum

De musculis

nota 2... ossa corporis humani sunt 248 exceptis ossibus quibus iuncture replentur et osse epyglotti

musculi sunt 528
nerui sunt 38

7 mot' mbrorum qui sunt ingula. 7 alii duo mot. qui inferius labium mouent. 7 mot pectoris uel pectinis. qui in attractione aeris fit. 7 uge motus 7 mot uesice. qui pretermissa urina claudit. 7 motus sumitatis recti intestini. qui fit ut stercus exire phibeant. 7 mot' uenis. 7 mot iuncture qui fit abancha 7 coxa 7 mot genu 7 mot iuncture pedum cum crure. 7 mot digitorum pedis. quorum unusquisque musculos habet. habentes figuras aptas contentioni 7 extensioni quibus mot predicti perfici possunt. quos omnes musculos si inuestigare incipiam. 7 diuidere augmentabitur liber 7 prolixitas ad eo ex quo non magis proueniet utilitas. hoc enim est possibile ut musculorum forma sermonibus uniuersis ita ut aliquis menti imprimatur quemadmodum in neruis 7 ossibus 7 uenis. 7 arteriis. minus enim i. musculi frequens nocens est usus 7 minus utilis. Ad musculorum qui in membris sunt numerum tamen modo ostendam. Dicemus itaque quod in facie sunt [illegible] musculi. xlv. 7 ad oculorum 7 super palpebrarum mot. xxiiij. ad mot uero mandibule. xij. 7 faciei partibus que uoluntarie mouentur. ix. quorum unus est subextensione cutis frontis. cuius auxilio fit ut magis sit aptio oculi 7 alii duo a quibus narium extremitas mouetur 7 alii duo quibus inferius labium mouetur. preter hos duo sunt musculi qui maxillas mouent. musculi a quibus caput 7 collum mouetur. sunt. xxviij. quorum quidam solum modo mouent apte in qua est musculus. Alii uero 7 cum capite collum mouent. 7 sunt alii qui ipsum mouent sursum. 7 eorum quidam mouent ipsum anterius. quidam uero posterius 7 alii dextrorsum 7 alii sinistrorsum. linguam uero mouentes ix. sunt qui autem mouent linguam 7 epiglottum sunt xxij. 7 uniculique autem [illegible] motores sunt. vij. qui omnes ipsi perficiunt ab unaquaque parte. sunt. xiij. qui mouent adiutorium. Adiutorio quoque ab una parte supponuntur. iiij. quorum duo qui sunt inferius. brachium trahunt intus. 7 duo qui sunt in parte superiori ipsum extendunt 7 in unaquaque sunt. vij. x. quorum vij. in parte siluestri. 7 vij. in parte domestica locantur a quibus manus intus 7 extra apte pollex 7 apte auricularis mouetur 7 trahunt digiti 7 extendunt. [C] In unaquaque autem parte manus ab unaquaque parte sunt xvij. a quibus digiti uersus pollicem uel uersus auricularem mouentur. ad motum pectoris. c. 7 vij. musculi sunt instituti quorum quidam dilatant. Alii ipsum constringunt. Qui uero omnes motus costarum perficiunt sunt xlvij. 7 sunt alii. vij. qui super uentrem locati amplitudinem pectoris conferunt usque ad femur protendunt. qui in longitudine quadam in longum extenduntur a quibus hic mot uentris quod comprimendo uel constringendo fiunt. 7 perficiuntur. horum autem auxilio Alii sunt mot in masculorum uero testiculi. iiij. in uenientur musculi preter quos alii inueniuntur musculi. preter quos alii mouent uirgam. 7 unus qui collum constringit ne inuoluntarie urina egrediatur. in longitudine illi. sunt. iiij. qui eum tenent orificium ne inuoluntarie stercus exeat. In naribus 7 pedibus sunt. xxvi. a quibus coxe mouentur. coxe uero supponuntur. xx. mouentes. crura ad motiorem autem pedum quidam suorum digitorum suppositi sunt cruribus. xxviij. s. cum reliquis pedum digiti mouentur. xxij. super pedes locati sunt.

De Neruis quam habet formam

Neruorum ortus. aut a cerebro. aut a nucha. de neruis nucha autem a superiori parte cerebri egreditur quam prominentiam cerebri inuoluit. hic notabimus cum de [illegible] cerebri narrabimus. [C] Pedilibus quoque coopit usque proueniat ad os quod ut diximus caudi dicitur abhac nucha per unamquamque duarum spondilium. uectura unius in uos exonatur. quorum unus dextrorsum 7 alius sinistrorsum uadit. quod tam diu fit quousque proueniat ad locum qui cauda notatur a quo neruus qui par caret egreditur. quorum imparis dicitur. Neruorum a cerebro egredientes paris inueniuntur. quorum unus dextrorsum. alius sinistrorsum. ut predixi dirigitur. [C] Horum uero vij parium neruorum. qui a cerebro proueniunt. [P]rimum duos habet neruos. qui in anteriori parte oriuntur 7 oculis directe situm eius in prant quorum unusquisque concauus est. qui cum a cerebro orti aliquantulum elongati fuerint coniunguntur. 7 ad utrorumque concauitatibus una ex uenit concauitas. antequam cranium exeat separantur quorum unusquisque actatio uero exiens. oculo apte sua distento dirigitur. [S]ecundum par autem post posterius a loco nascitur loco. a quo 7 primum ortum fuit quod post foramina que in situ oculi sunt exit a cranio 7 per musculos oculorum spargitur dans eis suos mot. [C] Tercium uero posterius a loco exoritur a quo secundum exortum fuit cuius ammixtio una que a primo uentriculo ad secundum porrigitur. aperitur quod posterior notabilis. Quarto quoque pari quod est post ipsum amiscetur a quo deinde separatum in iiij. diuiditur partes. quarum ad uentrem subdiafragmate separatur descendit. [C] Aliarum uero quedam per loca faciei. 7 aurium 7 narium spargitur. quedam a pari qui sequitur par coniungatur par quoque quintum posterius a loco a quo. 7 tertium exoritur par. 7 per palatum spargit. dans ei proprium sensum. Quintum autem par est per uiam unam partem audiendi sensus fit 7 palatum mouent musculi qui faciem mouent. par uero vi. est cuius una pars gule transmittitur 7 lingue. Alia uero musculis est. qui in spiritus 7 in fibris que sunt circa ipsum dirigitur. pars uero tertia per collum descendit. qui aliis multos ramos emittit. quorum quidam ad musculos qui sunt in epiglotto uadunt. qui cum ad pectus uenerit in tres diuiditur. quarum partes quedam sursum redeunt quousque musculis qui sunt in epiglotto coniungantur. Alii uero per cordis capsulam spargitur. 7 per pulmonem 7 meri 7 per loca hiis uicina que uero extra pi uentriculum est que ei est maior pars protendit quousque perueniat ad diafragma cuius maior pars ori stomachi coniungatur. Alia uero pars ei epati 7 spleni coniungitur. in 7 renibus paruis quedam partes ei coniunguntur. septimum autem quod est in parte posteriori cerebri a qua oritur nucha generatur. quod per linguam 7 epiglotti musculos diuidit.

De Neruis [illegible] motibus a Nucha

Spondiles sunt duplices colli et dorsi

[N]ucha uero. xxxi. paria oriuntur. 7 unum 7 unum qui caret pari quorum. vij. a spondilibus colli oriuntur. xij. uero autem a superioribus costarum spondilibus nasci inueniuntur. ea. s. que in ipsorum rectitudine site sunt alia uero v. paria que sunt post illa ab illorum costarum spondilibus nascuntur ab osse a quarenibus supposito oriuntur alia tria que post que in ea grosse caude exoriuntur. a cauda a summitate unus carens pari oritur. primum autem istorum. a nucha procedentium. [P]rimum a primo spondili colli foramine oritur quod caput ascendentes per musculos ipsi spargitur. [P]ar secundum a foramine quod est inter primam spondilem 7 secundam exortum receptis cum coniungatur capitis dans eis tactum. [C] musculi quorum colli 7 maxillarum dirigitur dans eis motum. 7 par tercium a foramine quod est inter secundam spondilem 7 terciam. exortum in duo diuiditur partes. quarum una musculis qui maxillas mouent transmittitur. Alia uero per musculos dispergitur qui inter utrasque locantur spatulas. par quintum. [C] Quartum inter terciam spondilem 7 quartam exoritur 7 in duas diuiditur. quarum unum posterius per musculos costarum partitur. Aliud uero anterius per sessum per musculos spargitur quod in rectitudine posteriorum pectorum reperiuntur. [Q]uintum uero par. inter spondilem quartam 7 v. egressum in tres diuiditur partes. quarum una diafragmati dirigitur. Alia uero musculis qui caput mouent. 7 collum porrigunt. tertia uero ad musculos spatularum protenditur. [C] Et vi. similiter par. inter quintam spondilem 7 vi. nascitur. Septimum uero oritur inter spondilem vi. 7 vii. ubi spondiles colli finiuntur. [N]eruorum autem ab hiis tribus procedentium quidam per musculos capitis colli 7 per humerum et quidam per musculos costarum 7 diafragmatis exceptis hiis que ab viii. procedunt pari. quorum nullus proueniat ad diafragma. 7 quidam ad adiutorium 7 brachium 7 manum uadunt. Sexti uero paris partes quedam ad musculos spatularum dirigunt. Alie uero mouent adiutorium. alie uero superioribus partibus dant sensum adiutorii. [C] Septimi itidem paris quedam partium 7 initium musculis qui sunt in adiutorio. Alie uero mouent brachium. Alie uero per cutem adiutorii dispergunt dantes eis sensum. [O]ctaui uero paris partes quedam per cutem brachii dispergunt dantes ei sensum. Alie uero ad musculos brachii protenduntur motum prestantes manui. Nonum autem par inter. viij. spondilem 7 ix. egreditur in spondiles costarum initium sumunt. cuius quedam partes per musculos qui in carnibus sunt separantur. Alie pectoralis musculos petunt. Quedam ad manum descendentes sequuntur per eam dantes ei sensum 7 motionis partem. [D]ecimum quoque par inter nonam

spondile n exeuntur et decima cui una ps cum inmissa adiutorii dat ei sensum. Reliq uo ps diuidit cum quedam ps. intius pgressa p musculos qui sunt int costas. 7 p musculos qui uestiuntur sr pectus dispgitur. 7 alia cum ps p dorsi et spatularum musculos diuiditur. 7 ad hunc quidem modum pgeditur 7 diuiduntur reliquorum parium neruus usque ad nonum decimum. Par aut uicessimum e pmum cuius nerui ab inferiorib; dorsi spondilib; exeunt. 7 int nonodecimam 7 uicessimam egrediuntur spondile. 7 ad hunc modum int spondiles .v. oriuntur paria. Quorum nerui quidam uadit ant. 7 p musculos qui supponuntur uentri diuiduntur. Alii aut p musculos peruniunt qui sunt sup lumbos. Tria aute horum quinq; paria supiora neruis qui descendunt a cerebro miscetur. Reliqua uo duo paria que sub istis tria existunt ramos extra magnos mittunt qui a dextra descendentes usq; ad extremitates pedum puenerunt. Succesiui aut quinti paris nerui. sunt pmi qui a pmo tum ossium alahauis egrediunt. Alcedo autem osse horum tum ossium sm exit atq; a tio. tertium pcedit. h aute tria paria omnia nervis miscetur qui ab inferiorib; dorsi egrediuntur. quorum magna ps ad pedes descendit. Sz tria paria simul cum duo pari carent alossib; alhohosos exeuncia. Ad uuluem mbrum 7 ad musculum 7 ad uesicam. 7 ad musculum ppe his locis positum. pruo dnt.

De Neruis ... neruorum a ... spondiles ... ... colli ... dorsi

Vene omnes a gibbosa epatis pte oriuntur. De uenis

Epar n. intius concauum e extius gibbosum. Sup gibbosa uo ipius pte. quedam mag oritur uena. que quidem cum parum elongata fuit. in duas diuiditur ptes. quarum una que magna est. ad inferiores ptes corporis deriuatur. ut omnia mbra ibi repta. ipa imbibat. Secda uero ad supiorum cordis mbrorum imbibitionem sursus uadit. Que usq; adeo sursum tendit quousq; diafragmati continetur ubi ipa in duas diuiditur ptes uenas. que pcdiafragma ubi nutriat ipm disgregantur Que postea pforat diafragma. post cuius pforationem uene subtiles ab eis disgregate. panniculo qui pectus in duas diuidit ptes. 7 cordis cassule atq; glandule qui amedi ... uocatur morum continuant. 7 p pfecta spgitur mbra. quarum formas in subsequentib; demonstrabo. Postea uo quidam magnus ab eis separatur ramus qui uni duarum cordis auricularum dextre scl continuat. 7 in tres diuidit ptes. quarum una dextram cordis ingreditur concauitatem. que 7 alia maior existit. Secda uo ea que extius sunt in cordis supficie circuit. 7 p ipm totum ptitur. Tertia autem in inferiorib; pectoris ptib; coniungitur. 7 mbra que ibi sunt. nutrit. que p quam ptransit cor in rectitudine porrigit. quousq; in furculam directo sit. In h aute rectitudine ramusculi ab ea subtiles unaquaq; duarum segregantur ptium. qui mbra que in corum locatur rectitudine ul circa ipos imbibunt. Extius 7 ase ramos emittit. qui in musculos extius impositorum mbrorum rectitudine que intius sunt reptos. humectant. A qua cum in rectitudine ascelle fuit. ramus quidam magnus extius egreditur. qui ad manum que est expte ascelle ipius ptenditur qui basilica nuncupatur. h aut e in rectitudine fuit medietatis. que int duas existit furculas. que lube uocit. in duas diuiditur ptes. Quarum una ad dextram ptem. Alia uo ad sinistram tendit. harum aut utraq; in duas iterum diuiditur ptes. quarum una humor sinior sua ad manum apte silum tendit. 7 uocatur cephalica Alia uo utriq; in duas diuiditur ptes. quarum una per inferiores colli ascendit ptes. quousq; cranium ingreditur et ptes mbrum cebri 7 suorum panniclorum ibide reptas. ibi bit. 7 inmissa ei p collum usq; ingredit cerebrum. rami ab ea subtiles diuidunt qui mbra occulta in collo humectat. hec aut uena guidez uocatur occulta. Alia aute manifesta ascendit quousq; pfacie. 7 cap. 7 oclos et nares diuidatur. 7 mbra h omnia nutriat. q 7

que guidez manifesta uocatur. Altera uo humeralis dum ptubitum transit rami quidam subtiles separantur a quib; ea que in adiutorio extius sunt manifesta imbibuntur. Simili quoq; modo a basellari segregantur uena rami subtiles qui occultas adiutorii cunnes nutriunt 7 cum humeralis uena 7 ascellari ppe cubiti iuncturam ueniunt. due ab eis separantur ptes una scl a basellari. 7 altera ab humerali. 7 9 iuncti descendunt quousq; una ex eis fit uena que ppurea uocit. Alia uo humeralis uene pars. ptendit p manifestis adiutorii ptes. 7 sup focile altum transit et uocatur h funis brachii. Ascellaris uo pars altera que est inferioris loci p ptem brachii que est in pfundo transit q usq; adeo ptenditur. quousq; ad cap inferioris focilis puenit. 7 fit ex uno suorum ramorum uena. que e int medicum 7 auricularem que saluatella uocitur. Pars autem que a dorso inferiori descendit sup dorsi spondiles transit. q descendendo intius porrigitur. a qua rami egrediuntur. qui ad renum fascias et suorum panniclorum 7 ad mbra que his conponuntur. tendunt 7 ea nutriunt. A qua postea duo magni separantur rami. qui renum ingrediuntur concauitates. post quos duo alii repiuntur qui ad testiculos uadunt. Principis etiam ab eadem indirecto cuiq; spondili duo alii separantur rami qui ab utraq; pcedens latera mbra que circa ipos sunt. que ul occulta sunt ut matrix ul uesica ul manifesta. sicut anus 7 ylia humectant. Que cum ad ultimam puenit spondilem in duas separatur ptes. quarum una ad dextrum pedem. ad sinistrum alia tendit et ab his segregatur ptes. que coxas nutriunt musculos quarum quidam sunt occulti. a quib; occulti nutriuntur musculi quidam manifesti que manifestos humectant hi musculos. q cum ad genu puenit. in tres diuidit ptes quarum una p medium transit. cuius rami cruris omnes cruris nutriunt musculos qui intius 7 extius repiuntur. Alia uo ad ptem cruris domesticam tendit. q usq; adeo talis incedit. donec sup cauillam interiorem apparere incipit. 7 ex ea fit uena que saphena uocitur. Pars uo tertia ad ptem cruris siluestrem tendit que similiter occultatur quousq; ad cauillam puenit exteriorem q uena 7 dr sciatica. Ab unaq; aute istarum cum ad pedem puenit. separantur ptes que p pedem segregantur. quarum ille que in ptib; digitorum minimi scl 7 sibi ab eo repiuntur uene sciatice ptes sunt. Que uo in ptib; pollicis uene saphane ptes sunt.

Zaphena

Sciatica

De Arteriis

Arterie omnes a cordis pcedentes ab eius sinistra oriuntur concauitate. ab hac aut due exeunt arterie. quarum una que minor e una tm uelatur tunica que 7 duab; aliarum arteriarum tunicis gracilior existit. h quoq; in uene etiam transiens pulmonem ingreditur. 7 p ipm ptitur. Ab alia uo que multo maior est in sua pma egressione duos separant rami quorum unus qui minor e ad dextram cordis tendit concauitatem. Alt uo ad ea que circumquaq; cordis existunt supficie. transmittit. d in ingreditur ipsum 7 in ipo spgitur. huius aute arterie ps que post duorum ramorum pdcorum separationem ab ea remansit in duas separatur ptes. quarum una quidem ad inferiores cordis descendit ptes. Alt uo. supiora petit cordis. h aute pars supiora potens in ramos dispgitur ad utraq; tendens latera que mbris inpositorum rectitudine existentib; continuantur ut ei calorem cotribuant innatum. hii aute rami tam diu sic ptenduntur. donec in directo ascelle existant. ubi a pdca arteria. unus egreditur ramus qui una cum uena ascellari ad manum uadit. 7 p ipm diuidit. que eadem uena diuidi diximus. Ab h aut ramo separantur rami. ad occultos 7 manifestos adiutorii musculos. tendentes. Ipe tm semp coopertus e 7 occultus usquequo ad cubitum puenit. ubi in multis corbus

ipsius apparet pulsus. Item quaedam tamen diu sub uena assellari et continuatur donec sub cubito parum descendit. Ab hinc uero intus penetrat magis et dilatatur a quo rami separantur admodum capillorum subtiles qui brachii continuantur musculis. quod tamdiu fit donec magnam pertransit brachii partem. Post hoc uero in duas scinduntur partes. Quarum una per superius transiens focile ad auricularem uadit. et haec est arteria quam medici tangunt. Altera similiter cum per focile transiens in thenar ad pollicem tenditur quae est minor arteria. Hec autem utraque pro illum patiuntur quarum pulsus in dorso uolae quandoque apparet. Hec de arteria quae ad corporis superiora pertendit diximus. Cum ad locum qui duarum medius est furcularum uenerit in duas separatur partes. quarum una quaeque in duas scinditur partes similiter. quarum una quidem uenae conjuncta occulte et tandem ascendit donec cranium ingrediatur. In hoc autem suo itineris ascensu rami separantur qui in membris oculis et ceteris continuantur: sicut in uenarum diximus tractatu. Sed cum cranium ingressa fuerit mirabiliter ibi diuiditur et fit rete illud quod super cerebrum expansum uocatur quod est corpus multas similes retibus. quorum unum alii supponitur. Post hic uero retis diuisionem adunantur et exeunt a pectore et arterie eque magne ut erant ante quam in pectore diuiderentur rete. que tunc subiam ingrediuntur cerebri et per ipsum separantur. Alia autem duarum istarum pars quae minor est superiora a faciei et capitis superficiem tendit ubi per membra diuiditur manifesta sicut quidem manifesta. cuius quidem pulsus. aliquando post aurem apparet in tempore. Pulsus autem qui iuxta quidem apparet non est huius arterie pulsus. Sed est maioris partis que quidem continuatur occulte. et hee due arterie litharigice uocantur. Pars autem alia duarum cordis arteriarum ad inferiores corporis descendens partes super dorsi spondiles posita descendit in renes. A qua uero unaquaque spondile quidam separantur rami. Quorum quidam dextrorsum tendentes et alii sinistrorsum. membris qui in corpore locantur rectitudine continuantur. Primus autem ramus ab ea egrediens. est ille qui ad pulmonem uadit. postquam sunt alii qui ad musculos inter costas existentes tendunt. post istos autem sunt alii rami ad diafragma pertendentes. quos alii sequuntur qui ad stomachum et epar et splenem et omentum suum reticulum et intestina et renes et ad matricem et testiculos et uesicam et uirgam dirriguntur. Quorum et quidam pertenduntur dorsi exterioribus musculis qui in horum reperiuntur locorum rectitudine conueniuntur. et cum hic isti rami ad ultimam uenerit spondilem in duas separantur partes ad pedes descendentes. Que eodem modo quo et uenae diuiduntur. et nichil inter est aliud nisi quod arterie per membra profunditatem uadunt. quarum pulsus in inguinibus et sub cauilla intus et extra et in pedis dorso prope magnam cordam apparet.

(margin: intra [?] est ... uenam [?] uadit arteria ... uena ut ... arteria [?])

(margin: De situ cerebri)

Capitulum de cerebro

Cerebrum non est solidum. Sed quasdam habet concauitates que ipsius dicuntur uentriculi et sunt secundum Galenum quattuor. Inter quos etiam quidam reperiuntur transitus quibus ab uno ad aliud peruenire possit. Quorum duo maiores cerebri parte statuuntur et unus in medio. Alius autem in occipicio sistitur quorum hec est figura.

(margin: ... uentriculos [?])

Verum apud istos transitus quidam reperiuntur partes aptis habentes figuras ad hoc ut aperiant eos aliquando et aliquando claudant. duo quoque habet addita initia a duobus anterioribus uentriculis exorta quae mamillarum capitibus similantur. Ad os quod assimilatur colatorio tendunt. quibus sensus qui dicitur odoratus perficitur. Hoc uero os multis perforatum foraminibus non equalibus. hoc se uenit in loco cranei ubi nares figuntur positum est. Cerebrum

(margin: Dura mater)

quoque predicti duos habet panniculos. Quorum unus crossius est alter subtilis. Subtilis uero cerebro multum uicinatur et in quibusdam ei locis miscetur. Crossus autem cranio adheret. Et in quibusdam locis cerebro firmiter uicinus et in duobus locis multis perforatus foraminibus quorum unus est iuxta foramen ubi nares cranio iunguntur. propter os quod colatorium nominatur. alius est iuxta os perforatum quod est iuxta palatum. per primum uero os quod superiori narium extremitati coniungitur anteriorum uentriculorum superfluitates ad nares descendunt. Per secundum autem os quod est in palato medii uentriculi superfluitates et posterioris. ad os effluunt. (margin: uel uris [?]) Horum autem superfluitatum expulsione. et cerebrum multis malis egritudinibus illesum conseruatur. Sub cerebro quoque et sub eius panniculo crosso est textum in rete simile quod ex arteriis capud ascendentibus generatur. A qua due ut cum arteriarum diximus. Arterie exeunt que panniculum interius et illum cerebro continuantur. Vero autem uenarum a cerebro procedentium sufficienter in uenarum tractatu diximus.

(margin: De situ oculi)

De oculo

Oculus ex septem tunicis et tribus compositus inuenitur humoribus. Cuius quidem compositionis modum nunc dicturi sumus. Neruus namque oculus qui a cerebro primus egreditur ad sinum oculi tendens. Cranium egreditur hic autem in suo exitu. duobus cerebri uelatur panniculis. Qui cranium egrediens ad sinum oculi ossis peruenit. ubi ab eo crossius separatur panniculus qui in uestimentum et tandem superficiei ocularis. ossis transit panniculum. Hic autem panniculus a chirurgicis tunica uocatur sclirotica. Subsequitur quoque a predicto neruo panniculus separatur subtilis qui sub sclirotica in aliud transit uestimentum quae secundina uocatur eo quod sine multorum similitudine existit. Dilatatur preterea neruus ipse et sub predictis duobus fit ex eo panniculus quidam qui retina uocatur tunica. In huius tunice medio quoddam preterea molle generatur corpus humorosum quod in colore uitro assimilatur. uitreus appellatur humor. In eiusdem simili medio aliud pereatur corpus cum rotunditate quandam participans latitudinis. Et quia instar rachiationis grandini simile est. grandineus uocatur humor. Cuius medietas pro uitreo circundatur humore. Alia autem ipsius medietas quadam circundatur tunica que multum luminosa cum aranei tele sit simillima. aranea nominatur tela. Super hanc autem quoddam liquidum locatur corpus. Quod quia albugini oui assimilatur. albugineus dicitur esse humor. Cuius corpori supponitur subtile ... a parte humoribus albuginei rugosum. exterius uero tenue. Cuius quidem color in corporibus diuersificatur. Aliquando enim est multum niger et quandoque minus. Aliquando est uarius. In huius medio in loco scilicet ubi grandineo opponitur humori est foramen quod quandoque dilatatur. quandoque constringitur propter grandineo humori cum luminis necessarium fuit. Constringitur cum lumen est multum. et dilatatur cum est in obscuro. Hoc autem foramen est pupilla. Predictus uero panniculus. uuea nominatur tunica. Huic uero tunice aliud quoddam supponitur corpus eam cooperiens. spissum et durum. clarumque. albi cornu frustulo simile quod cornea nominatur tunica. Que super tunice quae supposite colorem coloratur que uuea nominatur. quemadmodum cum uitro in anulo incluso aliquid supponitur a quo colorem recipit susceptum. et super istud fit uestimentum non tamen super totum sed usque ad nigredinem oculi pertingens aliud uocatur corpus quod est durum et albi coloris. et coniunctiua uocatur tunica. quae est id quod in oculo album apparet. Tunica autem ista exeunte quae exterius supponitur cranio nascitur. Cornea uero a sclirotica oritur tunica. Vuea autem nascitur a secundina. Et aranea tela a retina pereatur.

De naribus. De forma narium

Rūm fōramina ascendendo ī duos sequit̄ pces quoꝝ
unū minus adhuc tendit ecẽ mitt̄e. Aliud uō supi⁹ usq;
ados q̄ dilatat̄ ostiū porgit̄: q̄ dā duo cōbi
adducta mitq; mamillaꝝ similiꝝ adductiuāꝝ poti⁹ est. per
hōc aūt transitum fit odoratus. Sz p primū fōrām quod
oꝝ q̄ungat̄ ecẽmitq; solutꝰ aeꝝ pueit ad cerebꝝ. ñ
tñ q̄ q̄q; solet fieri ꝛc. de auribꝰ

Auris fōrām mosse duos q̄ uocāt̄ pcessus ī uentr̄.
Ḥ aūt os. ualde tortuosū ē. et multis ht̄ ī uolutiōēs
et tāt̄ p̄ducit̄ usq; ad nuū q̄m pars quā accēdit
ꝛoꝝit̄ pq̄ fit auditus. de lingua

Lingua ē caro mollis et alba q̄ multis pus cirūdat
uenis inquib⁹ existit sanguis. q̄ ad obziem es⁹ loꝝ in
nibꝰ mutat̄: subpte uerꝰ cuꝰ inhōr uene sunt
et arie multe et nūi multi: quoꝝ oīum magnitudo
lingue supat ī sua. Sunt ī subeꝰ ostia duo aquib⁹
exit dict̄ saliua. q̄ usq; ad ām̄ glandulam. ī molle p
pe lingue posita prendunt̄. Ḥ aūt caro saliua ge
neris nōiat̄: ī duo pcī ostia saliua emittēda uo
cit̄: pisi. n. duo. huoꝝ ipsis inlingua ī eis q̄ sunt
circa ipam remanet. de tracha arteria ⁊ meri

Ostis exitꝰ adduo tendit foramina quoꝝ unū
quidē q̄ animus locat̄ trachea ē arteria q̄ aeris ad
pulmōis dilatat̄. Alterū uō posticus adpte collū sup
eius uidelicet spondilē posit̄. mī uocat̄. p quod
alys transit et potus. p trachea uō arteria. nō transit
ī aer qui attrahit̄ ī emittit̄ phanelā fui q̄d
coopt̄oriū ipam comittis ferē ē cū eam q̄d alys tra
hit̄ coopit. Q̄d iō fit̄ ē. ne aliquid coꝝ q̄ tha
rūtur ipam ingrediat̄. Nam cū sa aliquid ingrit̄
hoī ostiū aeris ī trachea nocibil dispō simil dispōi q̄ aeris
alicui. Cum ī nūys ad ponit̄ usq; ad sinuositatis
apiat. tocē q̄ mō ostiat pulmo. ī fit ī eo tussis fo
ris. quousq; illd q̄d intrachea est arteria phiatum
fuisse. Ista aūt membroꝝ dispō ualde bñ facit ad q̄
phi fōrām ad pulmonē fit mīstrus. Cumq; pulmo mu
cationis instrumentū nō sit. ḥ attrahendi aerem. nec
ī huic pfōrat̄. q̄n si ipam ad tacēt aeris accio angu
staret. sec̄ fuit ut aperiret. fuit utiq; sanq
q̄ true pmumitū ne istud accidē possit ī nare. Q̄d
ē sal' accit cū homo aut tussit. aut clamat. aū
loquit̄ ī trahē cibū ī simul attrahit aerem. Q̄d
cū accidit nō quiescat tussiendo. donec totū illū
expellat̄. In hoc quoq; loco mīstrū aduocās gñēm
apti facti fuer. nō ad unus solū uocās gñonem
ḥ ad omē eius gñandos modos. Quoꝝ unum ē in
strm quod epiglotis uocit̄ que exmbꝰ talis q̄po
mit cartillaginibꝰ q̄d aduocās gñēm fit apti. Alt
ud uō ē corpus q̄dam q̄d lingue assimilat̄ fistu
le. q̄d omibꝰ aliis uocis mīstris. nobilius exist. Alia
aūt sūt musculi multi adgñandos motus apti qui
ī hoc loco sūt necāi. p quoꝝ duo sitiet figuraꝝ duisi uo
cās puenit modi. Omia aūt in uno h. scī trachea
arteria ⁊ adcanales pulmōis. ⁊ tocul ⁊ pulmo. pec
quoq; totū cū omibꝰ suis musculis. suisq; pānicul'
et diafragma. pp aeis attractōem fcā sūt. postea uō
alia adhēdē aeris pcipiglotī. ⁊ corpus lingue fistule.
assimilarū. q̄uenit uoꝝ. post h tonsillis. ⁊ lutē. aqui
luo lingue. ⁊ labioꝝ. ⁊ dentium. ⁊ oīum coꝝ q̄ sūt
ī ore pficiunt̄. de dispositione toti⁹ ptis

Oncauitas totius ūtris quic afluntul' usq; adduo an
chay ossa ī uentur ī cubus magnas sepatur pres
quay una q̄ supior ē pulmonē ommet. ⁊ cor. Alia
aūo q̄ est ī fior sin̄ continet. ⁊ mediastina. ⁊ ep. ⁊ sple
nem. ⁊ fel. ⁊ uenā. ⁊ uesicam. ⁊ matricem. hac autem
ocultatur q̄dam sepatur mbꝝ q̄ diafragma nūcu
patur. diafragma quidem incipit ab ā. ⁊ ey
transūso tendit in cue. aduq; lumbꝰ. de duodime
spondilꝰ q̄ mutatur dorsi. sepās eam que sup ipm sunt
abbis que sunt subip. Supior quoꝝ q̄ultis. ī duas
partes distribuitur p̄ quaꝝ alius pānicul⁹ distinḡ
diafragmatis. similiꝰ. tendens p medium eaꝝ. quousq; dor
si q̄nuatur spondilibꝰ. ⁊ fit hay trium q̄ultis. figu
ra talis. [figure]. tot⁹ uō supior q̄ultis pcis uocat̄
tur. cuius supioris cornua sunt similia. In hoc uō diafra
gmate uidem mlatitudinē duarū. ⁊ h q̄d dixim⁹
est pectoris figura. Pulmoīs aūt cavalis. sinoꝝ ut
diximus exmitt̄e mat. Q̄d ā ad locū qui ē subtus
cui' pueni. ī duas diuidit̄ pces. quaꝝ una q̄q;
ī multis sequit̄ pcem tocū. ī t quis cauo q̄ ē ī pul
mone texit̄. ⁊ solidat̄. ⁊ exilis cavalis. qui sic diui
ditur ⁊ ey uenis que ad eos uenūt. nec nō exclu
q̄ eos circūdat corpus grāt̄ pulmōis. Cui' una me
dietas ī ante q̄ultis pectoris pectoris dext. Alia uō ī si
nistra locat̄. Arta aūt trachea ex cartillaginibꝰ du
as imperfectas q̄ultas habētibꝰ partes q̄ponit quar exclu
sas pānicul' molliꝰ. rectum ī ordinē linuam cō
tinuat. ut ī hac apparet figura. Int istos uō anu
los molles cōtinuē pānicul'. Ipi uō anuli. duī sunt
⁊ cartillaginosi. Pars autem anullox. gibbosa exteriꝰ
impte corporis manifestā ponit. que ⁊ manu tangi potest
locus uero cuius nectus. mediꝰ quingit̄. Q̄d si ali ymagi
nāris duos cānulos pax lōgis. exima quax tam lō
dendo auferas prem. ⁊ postea saldare loca pgamenis
claudas cū longitudine cānā alium tegni adiacis.
pfaciet tussis. qua trachea arteria ⁊ mī q̄ ulterius foris
intelligi pōt. Toti aūt supior cōcauitas nō obstando
est ad ut aer attrahāt. Pectus enī cū dilatat̄ trahit
pulmonem ⁊ ipm dilatat. ⁊ cum pulmo dilatat̄ exte
riorem attrahit adiacentem. ⁊ fit una duax pcī hanelā
que ē aeris accio. Postea uō q̄ stringit̄ pectus quo ad mi
nuit et pulmo. ⁊ fit exclusio cuius acis exclusio q̄ est
hanelatus pp sca. Expulsoris aūt aeris accio ⁊ ipius expl'
sio. adcordis cuīdam fuit natā. Pars enī actis ac
tis pforantia que int pulmonem existūt ⁊ cor. adcor
uadit que ē calefactiū. fuit. negē ē expll' ⁊ mutat. sāq;
pectus q̄ stringit pulmonem qui q̄ stans aeri expellit. sed
dilatatur pectus. ⁊ dilatat pulmonē qui dilatatus. ad
ud attrahit aerem. q̄d fit in follibus quibꝰ cudentur
ignis. qui cū dilatant̄. aerem implent. ⁊ q̄ cū stringū
tur aliqua exalant̄. Sic pectus in lōgitudinē ī duas
diuisū fuit q̄ultatibꝰ. ⁊ munaḡ pulmōis cauo me
dietas locata fuit. ut hanelatus duo hūt instā. q̄m
si um aliqd malū q̄ringēt accidens. cū alio adiud q̄d
necāe fuit ē tempan possi. Q̄d simili ī cauo fit
actionē. ḥ sal' hanelatus p sue nobilitatis uehemā
⁊ uehemā necātis ipius ut uita pluret. et multū
q̄uatē. nec cum fuit quod pcto bñ fit fuit. pcto
ri cū sepe accit pulsio. et qui una eius pfōrat̄ cō
cutis. sz cū alia ū hanelatū pfaciendū. sz q̄d ei nec
est tempan. duo uō eius latī si sunt pforati. ī
mal ut diximus uiue potūt qūa illud q̄ suffocat̄.
Sz q̄ trachea arteria apte cauitati mī adiūcta fuit
q̄d ē foram p quod alys transit ⁊ potus. ō pascal'
moll' apte pcī mī eam ipm nimū q̄ pleīt replēs.
cedat ei. ⁊ non angustet̄ meatū. Nō uellem sin sutil
huius lib̄ q̄ suare. mīstoꝝ imbroꝝ formis. ⁊ pōꝝ u
uaīs ubi amplificemus. Q̄d dinumeres sūmā

de fōr
cerebri

de fōr
linguē

de fōr
vēb

q̄ epiglot ⁊ uuula
q̄ trachea arteria

de forma
pectoris
⁊ pōis

2 vult ... vadit ... illis ... refertur ... compulsio ... continuo ... veterō

De figura cordis

comprehendendo ubi valitudini insistimus in quantum possumus. de figura cordis

Cor in figura sua pinee assimilatur. Cuius quidem caput sursum quod quodam modo acutum est ad inferiora corporis tendit. Basis vero radix superius est. Cor autem capsulam habet que ex spisso constat panniculo ipsum circumdante. hec autem non contingit. sed tamen prope suam radicem ei continuatur. Cor autem in medio pectoris positum est. cuius caput ... ad sinistram parum declinat partem. ... magnum tamen oritur arteria. Unde et pulsus in sinistra magis apparet parte. Duos preterea magnos habet ventriculos. quorum unus in dextro est latere. alter in sinistro. Invenitur et iuxta originem vel radicem suam quedam quod cartilagini assimilatur quod quasi totius cordis est basis. Inter dextrum autem ventriculum ac sinistrum quedam reperiuntur foramina. Dexter vero venter duo habet orificia. Quorum unum est per quod vene quod oritur a hepate concavitati infigitur. et per quod sanguis ad dextrum cordis transit ventriculum. Super quod et os panniculi existunt. Quorum incessus de foris incipiens intus completur. Alterum vero os est. Quod ideo fuit ut reflectantur ad illud quod ingreditur. Alterum vero os est os vene que ad hunc ventriculo pleroni continuatur. Que et cum sit vena et non arteria. sue tamen tunice grosse sunt et spisse. Quam ob rem ab anathomicis vena vocatur arterialis. Arteriarum enim tunice grossiores sunt et duriores et spissiores tunice venarum. Quod ideo sic esse debuit. quia arterie assidue moventur quam diu homo vivit ex quo motu si contingeret eis rumpi maius sequeretur nocumentum quam ex venarum ruptura. Super hoc os panniculi locantur quorum incessus ab inferioribus incipiens foris finitur. Ad hoc ut reddatur et ut reflectatur id quod ad cor egreditur. Ventriculus vero sinister duo habet orificia. Quorum unum est os magne arterie a qua totius panniculi reperiuntur. quorum incessus ab inferioribus incipiens foris finitur ad hoc ut redeat et reflectatur ad id quod a corde egreditur de spiritu et sanguine. Aliud vero est os vene quod ad pulmonem tendit. et in quo aeris est penetratio per quod a pulmone aer ad cor transmittitur. Super quod et duo reperiuntur panniculi quorum incessus de foris incipiens intus completur. ad hoc scilicet ut aptamente et apte fiat ut aer post ad cor intrare possit. Duos preterea habet additamenta auricule similia quorum unum est dextrum. aliud sinistrum. Pulmo quippe cor est cooperiens. prohibens ne ossa pectoris aliquam partem ipsum tangant. de meri

In precedentibus iam est ostensum. in oris extremitate duos esse meatus. quorum unus ut aer ad pulmonem trahatur. Iste est qui trachea est arteria. Alter vero ut cibaria et bibita per ipsum ad stomachum transeant qui est ysofagus. Meatus autem hic qui meri vocatur super colli spondiles retro positus est. qui in suo descendendo usque dum perforet diafragma. semper existens ligatus cum spondilibus panniculis quibusdam. qui postquam perforat diafragma dilatatur et est illi membro quod vocatur stomachus. Gratia per posteriorem perforationem diafragmatis in partem parum inclinat sinistram. Unde caput stomachi ad sinistram partem inclinatum reperitur. Fundus vero ... ad dextram inclinat partem. Quod situ et magnitudine cucurbitam rotundam longi colli superius cum ab inferioribus aliquis continuetur collum eius sic videres stomachi et eius figuram. Stomachus preterea apte quod est in parte dorsi est aliquantulum latus. Cuius unum caput quod est superius est meri. Alterum vero quod est inferius principium est intestinorum. et est ligatus cum spondilibus et aliquibus tenuibus ligamentis firmis. que eum firmiter tenent. firmitudo autem ligationis et sustentationis omnium interiorum est propter corporis expetit nobilitatis. et eis necessarium fuit et timor sui est. Meatus autem stomachi qui est in fundo portonarium vocatur. Qui postquam cibis istis ad ultimum fuerit contrahitur et claudit intantum quod nichil ab eo etiam aqua exire potest. donec digestio compleatur. Deinde aperitur vel cibus expellatur. Deinde aperitur donec quod in stomacho est ad intestina currat. Hic locus quidem ut predictum est omnium intestinorum principium est. Stomachi quorum corpus ex tribus componitur tunicis quarum una villos suos in longitudinem habet transeuntes. Alia vero eos habet in latitudine tendentes. Tertia vero habet eos obliquos extensos. transeuntes quorum ... Longum est per singula enarrare experimentorum vero tunicas. de intestinis

Stomachi vero sinuositas quedam adherens reperitur sicut stagnatio. Intestina vero omnia sex tamen sunt. quorum tria superiora sunt gracilia. et alia tria sunt inferiora. sunt grossa. Gracilium autem primum est intestinum quod inferiori ori stomachi continuatur invenitur quod et duodenum nominatur. Hoc autem aliud sequitur intestinum quod vocatur ieiunum. Que duo erecta stant et in longitudine extenduntur corporis. Orificia tamen per que epati venit nutrimentum plura in isto sunt intestino quam in alio quod in epatis dextri nominabuntur. Gracilium vero intestinum sequitur quod dicitur aliud. quod minutum vocatur quod multas in volutionibus et involutionibus invenitur. Horum autem trium intestinorum amplitudo portonarii amplitudini in magnitudine reperitur equalis. Post hoc vero aliud sequitur intestinum amplum unum tamen habens foramen ac si esset sacculus vel marsupium. habet quorum os unum per quod illud hora una ingreditur alia egreditur hora. quod et in dextro locatur latere. Post istud autem continuo sequitur intestinum quod colon vocatur. cuius quidem principium in dextro existit latere. Sed ipsum per latitudinem ventris usque ad latus sinistrum porrigitur. Post hoc autem rectum intestinum in quo cum ampla habeat concavitate colligitur stercus. quod in vesica adunatur urina. huius autem intestini extremitatis anus est. super quem est musculus prohibens exire stercus. donec obsidium sit quod ipsum solvat. de epate

De epate

Epar in dextro latere positum sub costis est superioribus. quod et posterius locatur. Cuius quidem figura est lunaris. habet preterea additamenta quedam que quinque vel quatuor inveniuntur. quod et dextrum latus stomachi completur. Aptea autem diafragmatis invenitur eius gibbositas. et est ligatum ligamentis que continuant ex panniculo qui est super ipsum. Ex huius concavitate canalis quidam nascitur qui porta vocatur epatis. cuius figura vene tenet similitudinem. sanguinem vero non retinet. hic autem canalis in multas separatur partes. que iterum in multas dividuntur partes. Quarum multe divisiones ad inferiora tendunt stomachi. et multe ubi ad duodenum. et deinceps multe ad ieiunum vadunt. et sic et ad alia pertenduntur intestina. deinde ad intestinum perveniunt rectum. et ista quidem sunt orificia que nominavimus per que nutrimentum epati trahitur quod in suo transitu non cessat ire ex strictioribus ad loca ampliora. donec aggregetur in canali qui est epatis porta. Partes autem canalis interioris epatis per partes ad modum capillorum subtiles dividuntur. in quibus nutrimentum que fuit tracta ad epar dispergitur. et ab epate tam diu coquitur donec sanguis fiat. A gibbo vero epatis quedam magna exoritur vena. a qua omnes totius corporis vene originem sumunt. quemadmodum in venarum diximus anathomia. huius quorum vene radix in partes ad modum capillorum subtiles segregantur que partibus a foramine qui vocatur porta segregatis coniunguntur. et sic fit ut cum sanguis ... porte ascendens. ad partes vene que a gibbo oritur transeat qui postquam in partibus a gibbo venientibus fuit. tam diu de gracilioribus parte ad ampliorem transeundo elevatur. donec totius sanguis inveniens que de gibbo egreditur epatis congregetur. de splene

De forma splenis

Splen secundum suam figuram longus est. qui in sinistra positus parte quibusdam nectitur ligamentis que panniculo que est super eum continuatur. et a una parte adheret stomacho. ab altera vero costis dorsi continuatur a quo duo exoriuntur pori. quorum unus ad os stomachi alter ad epatis tendit concavitatem

De forma fellis

Fel super epar locatum. de cista fellis

duos similiter habet poros. quorum unus ad epatis vadit

concauitatem. Altera uero in partes separatur quarum ad superiora tenduntur intestina et ad fundum stomachi. De renibus

De forma renum

Renes autem epati ab utraque parte spondilium dorsi positi sunt quorum dexter altiorem tenet locum. Vnusquisque autem eorum duo habet colla. quorum unum a latere in quo est ad magnam que est in gibbo epatis uenam tendit. Alterum uero inferius descendit donec uesice mirabiliter continuatur. Isti autem que ad uesicam descendunt pori uritides sunt et uocantur emunctoria. De uesica

De forma uesice

Vesica urine est uas et ipsius receptaculum. que inter femur locata et anum. ex duabus componitur tunicis. Super os uero eius quidam sunt musculi qui ipsum constringunt et prohibent ne urina a uesica inuoluntarie egrediatur. donec uoluntas eam dimittat ad uesicam uero a renibus per duo colla profluit urina que emunctoria uocari diximus. Que cum ad uesicam peruenit. unam suarum perforant tunicarum et postea inter duas ipsius transeunt tunicas donec ad collum perueniunt uesice. ubi aliam perforantia tunicam ad uesice descendunt concauitatem. De natura oris

De utilitatibus [illegible] superiori

Os super sensum tactus qui omnibus membris est communis. gustum in se sensum habet proprium. Quod ideo factum est ut inter ea que suauitatem et delectationem afferunt et ea que horribilitatem discernat. Res enim delectationem afferentes plus aliis nutriunt et proficiunt. Lingua quoque preter magnum iuuamentum quod in loquele formatione tenet. cibum cum masticatur in ore reuoluit prout est necesse. donec equaliter molatur. In quo molendinarii manum similitudine tenet que ea que ei mollitioni sunt necessaria reuoluit. Dentes quoque ipsi eius sunt. Eorum enim quidam sunt ad incidendum apti de quibus quidam dicuntur duales. Alii quadrupli. Alii uero facti sunt ut aliqua constringendo apti essent et ipsi sunt canini. Alii autem ut apti fierent ad molendum et sunt molares. Et preterea in dentibus quiddam quod mirabile est alcius sapientie. scilicet quod maiores et quadrupli sibi adinuicem obuiando cum necesse fuerit se tangunt. Quod ideo contingit cum aliquid fuerit mordendum. quod nullomodo fieri posset nisi inferior mandibula tam diu procederet anterius. donec dentes inferiores superioribus obuiare possint. ut in rectitudine iungantur. Cum autem cibus masticandus uel molendus fuerit. mandibula inferior ad locum suum redit et maiores et quadrupli inferiores minus tanguntur superioribus ut prius non occurrunt. et accidit cum hoc ut molares superiores super inferiores cadant cum necesse fuerit. Quod tunc accidit cum masticando fuerit. Impossibile enim erat ut duales et quadrupli superiores suis occurrendo inferioribus [illegible] ita quod mollares sibi inuicem obuiarent. quod eis accidit cum aliquid frangitur. Molarium preterea radices aliorum dentium radicibus plures sunt. quare ipsorum actio multa est et longa. molares autem qui sunt superius plures habent radices quia pendent. Maxima quoque adhibita est cautela ne ad cor quod comeditur tracheam ingrediatur arteriam. sicut superius fuit ostensum. In hora enim transglutiendi. meri descendit in fine et epiglotis eleuatur superius et tunc trachee arterie suum optime adheret cooptorium. et taliter quod est transglutiendum super predictum dorsum transit cooptorii. donec peruenit ad meri. Sed postquam ad stomachum descendit quod comeditur stomachus ipsum circumdat et portonarium clauditur. quod sic manet donec digestio compleatur. Iste et stomachus apte dextra ab epate et a sinistra a splene. Anterius uero a [illegible] et posterius a [illegible] dorsi circumdatur. Que omnia idcirco sunt composita. ut calorem retineat et ut ipsum stomachum multum calefaciant. Cibus autem in isto taliter moratur. tamdiu digeritur donec succo assimiletur. quare per delicata orificia que ad epar tendunt ad epar transire sit aptus. Que ideo multa fuerunt [illegible] si unum tamen esset et ad unum solum teneret locum. deficeret ei

De Epate

De forma splenis

De forma fellis

quod cibus descendit. adeo et egrederetur penitus. Quam ob rem predicta orificia multa fuerunt que maiori concauitati intestinorum parti continuantur ut quod unum de predictis orificiis preterit ab alio trahatur. Intestinis quoque fuerunt multe reuolutiones ut quod comeditur tam diu retineri possit. donec totius succositas que est in ipso attrahatur. et cibus non cito [illegible]. [illegible] hoc scilicet attrahendi in intestino perficitur et compleatur quod monoculum uocatur quod non alibi sic egreditur intestino. nichil in se retinet quod ad nutriendum ualeat. Nam putridus multum intus preualet. Et quia quod ad epar trahitur. ipsius carne tamdiu coquitur donec in sanguinem transeat. et necesse fuit ut quod attrahitur tamdiu paratur. donec parua eius quantitas a multa epatis carne circumdatur: quantitas eius in illo uelox sit et facilis. Ideo canalis qui porta uocatur epatis cum quicquid trahitur ad nutrimentum adiungitur. in partes minutas in epatis concauitate separatur. Quod similiter factum est ut quod attrahitur in sanguinem uelociter et facile conuertatur. Et quia membra nutriri et augeri absque sanguine mundo et quieto non possunt. Cum sanguine autem simul due generantur superfluitates. quas uero generari tunc impossibile est. eo quod in omnibus accidentibus et digestionibus sic fieri contingit. quarum una feci assimilatur altera spume similiter inuenitur. necesse fuit ut sanguis ab illis mundaretur. Quapropter factum est fel. huius collum quod [illegible] prendit donec epatis ingreditur concauitatem. per quod colla [illegible] rubea que simul cum sanguine generatur nigra. Remaneret quod sanguis tenuis. nichil in se decoctum rubea uel nigra huius non quod est necesse. Subtilior tamen est quam necesse sit. Oportet quod ut et aquosa superfluitas que intus remanserit ab ipso expellatur quod tamdiu donec faciendum est donec constitutionem habeat qua ad carnem generandam aptus fiat. Quam ob rem facti sunt renes. ab unoquoque collum largum prensum fuit. tendens ad uenam que est in gibbo epatis. a quo loco aquosum quod est in sanguine antequam sanguis eleuetur et bibat membra per predictum trahit collum. Cum uero sanguis a tribus predictis purgatus fuit superfluitatibus. sua tunc completa erit mundificatio et erit aptus nutrire membra et augmentare ea prout eis conueniens fuerit et in tales magnitudinem iuuamenti quod habet ex purgatione sanguinis ab istis superfluitatibus cum accidentia que inde eueniunt insinuamus consideramus. Fel enim cum colam non trahit rubeam. sed cum sanguine tamdiu dimittit donec ad membra uadit nutrienda. multe que ex cola rubea fiunt egritudines accidunt. sicut ycteria et pustule rubee [illegible]. et formica. et rubedo que accidit cum pruritu. et febris acute. et his similia. Splen quoque cum colam nigram non trahit. eo modo egritudines accidunt. sicut ycteria nigra. et morfea nigra. et impetigo. et lentigines. et lepra. et alia his similia. Aquositas uero superfluitas si non transit ad renes una duarum specierum ydropisis ascites uidelicet uel yposarcha generabitur. Nisi quod tria predicta forent instrumenta predicte assidue acciderent egritudines. Quod autem collum fellis et collum splenis [illegible] concauitatem uenientia. que expellenda erant ab eo trahunt. mirabiliter est acutum ac sapientie. Renibus autem ad uenam ab epate ascendentem duo diriguntur colla que inde aquosam trahunt superfluitatem. Quod ideo est factum quia quoniam sanguinem fuit necessarium ut ad hoc eleuaretur locum in membris in subtilitate capillorum minutis. tunc oportuit ut hec aquositas in ipso relinqueretur. quatinus sua subtilitas sibi remaneret ad uenas ipsum sua uelocitate ascensionis sue in membris. Quam ob rem in stomacho trahens ipsam. non illic continuatum fuit. sed postquam ascendit in membris subtilibus. ubi penetrauit. et peruenit ad uenam [illegible]. euacuatur quod est a sua subtilitate. et indiguit [illegible] [illegible] sua [illegible] est ei illic. Et quoniam ascendit ad uenas istas. sanguis [illegible] diuiditur

Splen quoque [illegible] fuit [illegible] collum ad epar tendens quo alia [illegible] superfluitas [illegible] [illegible] generatur [illegible] remanet

cor' ut omnia corporis imbibat membra et suam unicuique secundum proporcionem quod secundum ipsius quantitatem ipsum iuvet contingit. quem ad invenias exterius dicione. Sanguis autem qui membris siccis diuisus inmanet; ipsorum in ipsius convertitur naturam. et sic nutrit et auget ipsum si corpus ad hunc indiget incrementum. Si autem ea que ab eo sunt dissoluta restaurat. si nondum minuitur corpus. Si autem iam minui incipit. minus eo restauratur quam dissolutum est. Actio autem quam modo diximus finalis existere quam omnibus nutritionis instrumentis indigent aliter et ne per here superfluitates a quibus sanguis purgatur omnino inutilis inveniretur. Fecit eis deus qui sit benedictus. Alius magnus utiles inuamus. Fel enim uno solo collo. sanguinem a colera purgat rubea. uero per eadem. Alio collo ipsam dirigit intestinis. uero ipsa colera acuitate et puncione sua. intestina ad secessus expulsionem commovere facit. et hoc est causa qua corpus a stercore purgatur. et secessus a sua diuturnitate et ipsius retentione. Splen quoque feculentam trahit superfluitatem a qua sanguinem purgans. continet eam ad se. deinde ipsam acetositate sua acetitate ponticitate. Postea uero orificio cibi ad cotidie mandat aliquam acredinem et ponticitatem. Appetitum eos excitet et commoveat quam postea simul cum stercore eicitur. Renes autem ut pellicula est aquosas traxit superfluitates sanguinis et expanite que eis convenit in pelliculas superfluitate repetinuntur. Reliqua uero est pars per duo foramina quam nominavimus ad uesicam transmittit. Vesica uero ampla fuit ut non sit necesse animal continue ad mingendum surgere. Super os musculus quidam positus est. qui ipsum adeo constringit. ne ad ab ea exeat. non plena fuit. et estuare incipiat per multitudinem urine et eius acuitatem. et tunc uoluntate solvatur et ista expellat. Duorum autem foraminum renum transitus mirabilius et sapientis est. Videmus enim quod cum uesica inflatur uentus tamen ab ea non egreditur. quamuis in ea duo foramina sunt que per radios ingrediuntur per que et sanguis aquositas que est urina a renibus ad uesicam dilabitur. quod ideo fit quia duo colla predicta unam uesice perforant tunicam. Et perforando inter duas ipsius tunicas transeunt. deinde collo adiunguntur uesice ubi et aliam perforant tunicam. Ideo omnia uesice concauitate intrinseca eius interiorem distendunt tunicam. et exteriori approximare faciunt. Unde et quanto magis impletur. tanto magis eius tunice coniunguntur. quare obiecte foraminum positionum adeo contrahitur ut nec exitum postque in uesica fuit retro redire possit. Unde quoque facile emulgere non cessat urinam emulgendo ad uesicam fluere. deinde ab ea graviter. Que postquam estuationem illam persentit. Laxatur musculus ue sice constringens. uesica et elabitur urina. Stercore autem spisso postquam illud quod ad nutrire potest abstractum fuit. quod relictum fuit ad rectum mittitur intestinum quod amplum habet concavitatem. ut quod ibi congregatur ex stercore. colligere sit necesse. Quod postquam ab eo quod ibi retentum est aggravari uel pungi incipit sentit ex illa actione istam. et aliter uoluntate musculum laxat qui ipsum claudebat. et egreditur stercus. Et ad hec modi nutritionis procedit regimen. ex quo ad nutriens ingeritur corpus. deinde ipsum corpus ex eo quod ipsum nutrire debet. nutritur. et superfluitas ab eo divisa expellatur.

Subcute que venit *De siphac*

Sexius cooperitur. intus octo inveniuntur musculi quos nominavimus. post quos intrinsecus est panniculus quidam rugosus qui vocatur siphac. post quem est ttribum uero. sunt intestina. Ruptura uero quam inmiriach accidit est quando rumpitur hoc siphac.

Ex osse femoris quod dixi corporis *De virili membro*

Nervosum exoritur. multa habens foramina. sub quo inter ample existunt arterie. super id quod est inter mensura et uene. corpus enim predictum virile est membrum. Siphac predicti duo descendunt canales. qui eis quam arenibus adiungebantur est inguinibus prendunt foraminibus in suis rursus similes aspiciuntur. Ex quibus postea dilatatis inferiores folliculi testiculorum tunicae generantur in quibus ipsi continentur testiculi. Veniunt quorum ad partes testiculorum ad partibus inferiori uenarum rami quidam qui multipliciter circumvoluti actione glandosi et alba complectuntur. quam quicquid sanguinis in eis est adeo immutat quod album fit. et fit tunc aliqua pars uentuosa spermatis. postea uero ab hac actione ad testiculos transmittit. ubi sua complet ... et in sua transiens specie perfectum sit sperma. Ibique duo generantur foramina quam ad uirgam uadunt. Cuius erectio fit cum ipsa quam in uirga sunt foramina ventositate replentur unde ... et eius uene similiter replete fuerint et non quiescat erectio sua quam extendit et ... uasa ex quibus est sperma et commouent ad expellendum quod est in eis. propter multitudinem et mordicationem suam. que cum in eis expelli appetunt. ut quod sperma quod in eis est. est multum. uel quod est acutum. Una autem exercicium ex quibus hoc contingit est cum caput uirge aliquod corpus sibi obviam habuit in ipsum se confricando uel ... Ex his enim spermatis uasa tenduntur et ut evomant quod in eis est mittuntur. Capitulum de figura mamillarum

Mamille exarti in uenis et neruis ... positum inveniuntur inter quam carnis glandose et albe spes solidi et spissi inveniuntur. et quia eius natura lactis assimiletur nature. dixit eum deus qui sit benedictus ad lactis conversionem et generationem apta foret. Vene autem iste et arterie in mamillis subtili et clauduntur. et iste arterie in mamilla in dicione subtiles clauduntur. et revoluuntur. et in uoluunt involutionibus multis et comprehendit illam carnem lactis generatiuam et convertit quicquid est in concavitate sua de sanguine propria assimilatione cum in sua. quod ad extremis partibus passionibus illius secundum quod ascendit trahit. et ab intestinis tamdiu continetur. deinde fit sanguis. Capitulum de figura matricis.

Matrix inter uesicam et rectum posita est intestinum. Superior est tamen quam uesica. quam in uirginibus et que nondum pepererunt parua est. In eis autem qui iam pregnantes fuerunt uel pepererunt. magna inveniuntur. que ligaminibus quibusdam ligata non ualde strictis et ipsa neruosa existit ut extendi possit. cum necesse fuerit. et ampliari et colligi et constringi cum amplificatio necessaria non fuerit. propter hoc aliud et neruosa fuit ut in partu multiplicem amplificationem queat. cuius ligamenta non multum stricta hoc ampla sunt que duos habet uentriculos qui ad unum perveniunt orificium. duo predicta habet addictamenta. quam ipsius cornua vocantur. Post ista autem duo addictamenta. mulier locantur testiculi. qui virorum testiculis minores sunt et latiores. a quibus mulieris sperma ad concavitatem descendens mittitur. Matricis predicta collum ad mulieris porrigitur uuluam quod in muliere est sicut in uiro uirga. Vulue autem orificium in uirgine constrictum est et rugosum. In rugis autem ipsius colli. uirginales sunt uene contexunt subtiles. quam quando corrumpitur virgo. abrumpuntur. Os matricis in tempore constringitur. ut etiam acus ipsum ingredi non queat. Cum uero pariendi hora evenit uel nocumentum aliquod fetus. accidit ex quo corporis paciatur. pellicula eius adeo dilatatur. ut infantis corpus per ipsum exire possit. Infans autem per suam etatem. ex spermate generatur. sed crescit et augetur ex sanguine menstruo. Cuius forma si masculus fuit. prius complectur quam femine. fetus et quandam continuatur uene quam ad umbilicum venientes ipsum fetum tamdiu nutriunt. deinde completur. qui postquam completus fuit. ab eo quod ipsum dirigit sufficienter foveri non potest. Quare dicunt mouetur et fortiter et abrumpuntur retinacula quibus matri alligatus erat et consequitur partus. Expletus est tractatus primus cum dei auxilio cum gracie sint infinite. Tractatus secundus de cognitione complexionum corporis qui .lviii. continet capitula. Collectio aggregatoris de cognitione complexionis.

Corporis complexio ex colore et eius habitudine. et ex tactu. et ex operationibus. et ab exeuntibus a corpore cognoscitur. Color namque albus et fuscus et ex albedine et glaucedine mixtus et gypseus. et plumbeus. frigidam innuunt complexionem

rubeus uero et subrubeus. et rufus. et in opos omnis isti complexionis demonstrat caliditatem. et si claritas et subtilitas colori coniugatur. horum claritas declarat et subtilitatem. Turbulentia uero si ei ammisceatur. et crossicies horum significatur crossitudo. Albus preterea color cum subtilitate et claritate rubedo ammisceatur. complexionis demonstrat equalitatem. Quod si rubedo superauerit et claritas fuerit maior sanguinis significabitur dominium. rubedo autem si adeo fuerit diminuta ut colori appareat eburis. sanguinis innuit paucitatem. Quod etsi adhuc magis diminuta fuerit ita scilicet ut exea foret nichil appareat. proueniet color qui gypseus a medicis appellari solet. Qui utriusque colere ac sanguinis paucitatem et flatis dominium in corpore portendit. hic autem cui uiriditas sit ammixta approximetur. color prosequitur quem a medicis pluribus appellatur. qui sanguinis ac colere rubee diminutionem ostendit. et colere nigre. uicinatur uel ei misceatur. sanguinis crossum etiam demonstrat sed quantitate qua ei approximatur. uel quia ei ammisceatur rubedo. Color autem pure fuscus qui uiriditati appinquat colere nigre hostendit dominium. Corpora uero rufo colore colorata que scilicet albedini magis inueniuntur propinqua frigidioris sunt complexionis. Uiriditati autem uel glaucedini si magis appinquauerint. Calidioris erunt complexionis ad hunc modum. Citrina uero alia sunt que albedini propinqua subtilitate participant qui color in ictericis lescentibus uel a quibus sanguinis multitudo per fluxum inuenitur et fit hec citrini coloris species. Quia sanguis diminutus est non propter colere dominium. et corpora ista non sunt citrina nisi accidentaliter. Alia uero uere citrina sunt et pauca clara que omni tempore talia perseuerant. et ista sunt corpora colerica. Et preterea eorum quedam que cum citrinitate uiriditati et fusco appinquat colori parua participantia pulcritudine quibus utraque dominatur colera. quorum complexio omnibus aliis deterior complexionibus. et epar quorum et splen. huiusmodi habent complexionem plerumque sunt egri. et horum corporum sanitas nec est firma nec permanens. Corpora uero colore in operi hiatia que citrinitati magis sunt propinqua. calidioris sunt complexionis. et colore rubee uicinia. que autem uiriditatem habent ammixtam minus sunt calida. et colere attinet nigre. Ex formis quoque corporis complexionum cognitio habetur. Crossum namque et crassum complexionem significat humidam. Gracile et macrum si fuerit corpus complexio monstratur sicca. Siquidem quoniam crossitudo est ex carne solida et dura et est rubedo et sanguinitas apparens in colore complexio similiter cum humiditate caliditatem obtinebit ad hunc modum. Quod si crossitudo ex pinguedine fuerit et corpus fuerit molle et in sanguine diminutum complexio frigida similiter erit et humida. Membrorum equalitas et proportion obseruatia in suis mensuris. quoniam unum alii comparatum fuerit suam propinquitatem complexionem ostendit. Quod si in hoc diuersificatur. innuit quod eorum complexio nec una est nec propinqua. Largitas uero foraminum que sunt foraminum in membris et suorum canalium calidam hostendit complexionem. Eorum autem angustia et paruitas. frigidam significat complexionem. Ex tactu quoque dignoscitur complexio. Nam corpus quod semper est tactu calidum inuenitur. calidam habere uidetur complexionem. quod uero semper sentitur frigidum. complexionem habet frigidam. Si autem corpus cum tangitur lene sentiatur. complexionis erit humide. asperum uero sicce. Si autem caliditas tactus ipsius lenitati ammixta fuerit complexionem calidam demonstrabit et siccam. frigiditatis quoque tactus lenitati ammixta. frigidam et humidam declarat complexionem que uero cum aspiritati ammisceatur frigidam et siccam portendit complexionem. In pluribus tamen corporibus tactus frigidus lenitati ammisceatur quam aspiritati. Si ex enim corpus reperiri potest quod frigide sit complexionis et aspere. asperum autem et molle si fuerit corpus. humidam monstrat complexionem. Solidum uero et durum sicce phibetur esse complexionis. Proprietates quoque naturalis sic appetitus. digestio. et augmentum et pulsus cum fortes fuerint et ueloces. calidam significabunt complexionem. Debiles uero si tardi fuerint frigidam demonstrabunt complexionem. et animales similiter operationes et ingenii acuitas. et loquendi uelocitas et uelox motus atque audacia. calidam significant complexionem. hic uero que complexionem demonstrabunt frigidam. Superfluitates quoque que a corporibus solent egredi. ut stercus et urina et sudor et capilli et alia multa complexionum sunt declaratiua. Velox namque capillorum ortus et spissitudo et nigredo et crispitudo et crossitudo atque aspiritas. omnia hec complexionem significant calidam. Contraria uero hiis frigidam innuunt complexionem. Sudoris et fecis et malus in corpore. caliditatem declarant complexionem. Sudoris quoque multitudo. complexionis significat humiditatem. Que uero contraria hiis sunt. frigidam hostendunt complexionem. Egestio quoque pauca et sicca. et urine tinctura. ac ipsius fecis. complexionem significant calidam. hiis uero que contraria frigiditatem declarant.

De signis equalis corporis. Color corporis huius equale est albo. cui rubeus ammisceatur. Tactus uero ei non est frigidus. nec in colore fuerit fluxus. neque mitius apparet lenis. lenitati tamen et caliditati magis quam frigiditati et aspiritati approximare inuenitur. huius quoque corporis habitudo inter maciem et carnositatem media existit parum tamen plus carnositati quam maciei uicinatur. Proprie sic regimen illius est tranquillitatis et regimen et quietis. Cui capilli sunt subtiles et crossos atque inter nigros et ruffos et inter lenes et asperos medii existit. Corpus preterea huiusmodi neque mitius pilosum neque ualde capillis nudum. cernentibus apparet. operationes insuper eius omnes tam naturales quam animales. conueniente tenentur adeo ut neque multum debiles sint neque fue cupiditatis in tamen debilitent ut qui mortue in uenerunt neque multum sit uigilans neque multum dormiens. neque multum quietus. Superfluitates quoque ab ipsius egredientes corporibus mediocres existunt. et sudores et adultimum eius dispositiones equalitatem excedentes existit medium. Vene quoque eius non occulte sunt et anguste nec ample et manifeste. Vox etiam eius et ipsius hanelitus et pulsus. et eius motus omnia hec inter paruum et magnum et uelocem et tardum mediocria sunt.

De significationibus corporum calidorum. Hec citissime crescunt que et tangentibus calida occurrunt et macra existunt et gracilia. Vene quoque eorum sunt manifeste. et motus uelox. et omnia que in eis operantur uelocia. Obstinati sunt preterea. pauci sompni. multorum capillorum crisporum et in nigredine intensorum. eorum color rufus atque rubeus cum obscuritate quadam.

De significationibus corporum frigidorum. Hec tarde crescunt. capilli quoque tarde eis nascuntur. hebetis existentes ingenii. et tardarum operationum. pulsus eorum paruus et anelitus occultus tangentibus apparet frigidi. et huiusmodi homines corporum non sunt in coitu potentes. et sunt paucos generantes filios. debiles et desidiosi et multi sompni.

De significationibus corporum humidorum. Horum tactus multum inuenitur lenis. Eorum quoque caro mollis et membra laxa. Inueniuntur et eorum ossa occulta. Similiter sunt pauci et parum patientes laboris et cum laborant cito dissoluuntur. et uelociter apparet in eis ex labore dissolutio. Corpulenti preterea sunt. et multum dormientes. et debiles et paucos habentes pilos.

De significationibus corporum siccorum. Hec corpora aspera sunt et macra et dura et fortia et multum rigida et multi patientia laboris. quorum uene et corpus manifeste multorum preterea sunt capillorum et pilosi.

De significationibus corporum calidorum et siccorum. Hec corpora in ultimo plurimis habundant capillis. nigris et spissis. maxime quorum ultime reperiuntur. Que et tangentibus calida occurrunt cutis habundant spissitudine et aspiritate. et uenos fortes. que

Citrina
2 in medio de habitudinibus
3 in medio
4 in medio Iste operatur per ualeb
4 in medio
De signis corporis equalis
De signis calide complexionis
De signis humide complexionis
De signis sicce complexionis
De signis frigide complexionis
De signis frigide et sicce complexionis

De signis frē t hu. go⁹

cordis quoꝝ hñt manifestiores. t ossa. t ñcturas. t
pauciores sõpni. t pulsus ineis sunt uelociores. t mores
similes. t tactus calidiores t siccior. audatiores. t obstinatiores.
Ce inultimo tangẽdi. d signis cordis cõplexi. t hũdoꝝ
mollia sentiẽtes. et aplis denudati. t ei pilloꝝ hñtes le
nes. et uenas angustiam. t ñcturas occultas. t sunt cor
pulẽti. t multũ hñtes pinguedinem. t layã. multũ hñtes
sõpnũ. pigri. motus cordis tardiores. ¶ Corporis aũt fr̃is.
t ei. t humidi. dispõnẽtes ex simplicibꝰ dispõibꝰ mixte sunt.
ex quibꝰ ꝙ posite sunt. quẽadmodũ sal' unã ex. 4. ꝑmquat. aurũ
uero ex his mẽie existunt. d signis complexionis cerebri t sue fo.

Forma cerebri forma sequit animã. paruũ nanq; si fuit cerebrũ.
cerebꝝ quoꝝ paruũ erit. t sicubi figura cor unpiẽs cerebꝝ ꝑtem
figurã corrumpit. Quia ꝑ cap̃ i ꝑtem sup fluũ. necesse est
malũ. et cui figura exhibet fedã. sic ꝙ palmam. aut similẽ. ipsi
simil'. mala ẽ. Caput aũt melius ꝙ dicit in magnitudiẽ mod
uũ existit. dicitur hñs rotunditatẽ ꝙ sal' aũ. t retro pauci emi
neat. t abuntis ꝙ aũ. pauũ hãt cõplexionẽ. ¶ Cõplexionum
aũt cerebri que calida ẽ capitis t siccã tactum sup fluentium
reddit. t nocul' quoꝝ nigros. t uenẽ in eis appent manifesto
res. t capilli coꝝ incipiẽte ato nascuntur. t sunt spissi. t fortes
t nigri. t aspi. t sopnus coꝝ pauus. t leuis. huiusmodi ꝑtes la
benes ꝙ plurim. Actualis aũt lectiõe ecrebꝝ. t coꝝ capita ei
to grauantur. t replentur. t nocturnalibꝰ quoꝝ ueloces sunt
t mobiles. t multe mutationes. t sup fluentes. t sunt. 4. cutis. t uelo
ces i opinibꝰ. aũ libꝰ. ¶ Frã aũt cerebꝝ ꝙ plio. huic omnibus
ꝺ̃ia operatur. Est nanq; sopnolentus. t hebes. t tarde. t tũc
Capilli quoꝝ capitis eius. lenes. t pauci. nigri. uelocit̃ cadentiũ
paucitas. aũ detegẽte capite ẽ nocuũ. eius. t palpebre tarde
mouent̃. t pigre. ¶ Si siccũ cerebꝝ fuerit. capilli incipiẽte
ato nascuntur. t ato ceciti fiunt. t uigilantes erit. et nanibus
quoꝝ mẽ ꝺ fluere ñ pauci. t capitis tenuissimi. et non i
accidit ñs cõtra. ¶ Humidi aũt huic ꝺ̃ii ẽ. ei nanq;
capilli subtiles sunt. t tarde nascuntur. nanq; ceciti fiunt. humoꝝ
quoꝝ et nanibꝰ simꝑ ꝺfluit. t remanentiũ

autem complexio sicca erit: sperma in quantitate paucum invenietur et spissum. Virga vero non solum erigetur verum etiam debilis erit. Cum autem complexio humida fuerit: sperma in quantitate multum et in qualitate subtile erit. virga vero non erigetur: est enim laxa et non fortis. Cor et renes similes ei invenientur. Ipsius vero cutis lenis est cuius locus a pilis nudus existit. Et cum complexio calida et humida fuerit et multa erit virge erectio et sperma multum. et erit venenus et multum invenerit potens. Frigida autem et sicca cum fuerit omnia huic accident contraria. Capitulum de notandis summis extrinsecis et necessariis quarum auxilio aliquis complexiones cognoscere potest.

Totius corporis complexio membrorum principalium et precipue cordis epatis et cerebri et testiculorum complexionibus similis invenitur. Corpora quoque in quibus istorum membrorum complexiones equales fuerint invenimus. alius sunt decliora corporibus. Hec namque corpora in excellentia in firmitate.

Etates quoque et regiones non minima in complexionibus operari videntur. Etatis namque puerilis omnibus aliis humidior invenitur. Senium autem omnibus est frigidior. Iuventus autem a maturitate usque ad senium dum siccari non cessat. unde in eo fit. Senium namque non est aliud nisi magnum in corpore siccitatis elementum. Superfluitatibus autem multarum que senibus cum tussi et emunctionibus prefluunt eam esse quod foramina suorum membrorum superfluitatibus et humoribus eorum plena sunt. Ipsarum quoque venarum et suorum membrorum corporum in ultimo siccitatis existit. et siccitatis et fuscedine coloris et pulcritudinis ac teneritatis. et humiditatis minoratio in eis manifesta sunt. Puerorum quoque calitas per quantitatem maior est. iuvenum autem in qualitate fortior. Senium preterea complexio respectu eorum qui in senio sunt constituti. calida est et humida. In iuvenibus vero compatione. frigida est et sicca.

Ex regionibus vero que calide sunt. complexionem reddit siccio rem. et corporis superficiem adhurendo inficiunt. Intestina vero et membra interiora frigida efficiunt. Regiones autem que frigide sunt. humores in corpore conservant. corporis quoque superficiem in levitate et nuditate corporum relaxatorum dispositionem similem reddunt. Sed intestina et alia interiora membra sunt ualde calida constituunt. Unde nigris capillorum crispitudo et maxillibus color rubeus. fuscus hinc convictum. non absolute significat quod corum complexio sit calida. lenitas quoque cutis parthorum et eius a pilis nuditas atque albedo. non significant eorum complexionis frigiditatem. immo parthorum interiora nigrorum interioribus multum sunt calidiora atque omnia nigrorum corpora parthorum corporibus valde sunt sicciora.

In regionibus autem que inter caliditatem et frigiditatem temperate existunt. signum ex qua superficie habet notitia sumitur ipsius interiora veritate firma. Consuetudo et in complexionibus diversa operatur. Comedendi enim et bibendi et dormiendi diligentis complexionem facit humidam. his vero contraria siccam reddunt complexionem. Qua propter cum hominem crossum et carnosum videmus. cuius preterea ample sunt vene intelligere debemus. huius corporis magnitudinem non naturalem. sed accidentalem fore. Quamobrem inter carnosum corporis et pingue diversitatem dicere debemus. Carnis namque multitudo. sanguinis multitudinem. et frigidam et humidam imitatur complexionem. Capitulum de notatione signorum particularium que ad alias quasi iuvant significationes in cognoscendis complexionibus.

Vox grossa caliditatem et siccitatem significat complexionis. Gracilis vero. complexionis in mutationem frigiditatem. loquendi velocitas calidam significat complexionem. et velocitas aperiendi et claudendi oculos. caliditatem significat complexionis. Nasi acuitas et colli longitudo et epiglotis foris prominentis. et vox acuta et pulcra complexionis demonstrat siccitatem. Oculorum magnitudo foris prominentium humidam portendit complexionem. Oculi in latitudine cordis tendentes parthorum oculi similes. cordis simulis humiditatem designat. Capillorum crispitudo qui sursum elevatur. complexionis caliditatem demonstrat. Narium amplitudo et in maxillis carnium multitudo et rigentis pilorum paucitas complexionis significant humiditatem. Et maxillas vero humiditatem innuit complexionis.

Fetor oris. calidam demonstrat complexionem. Color citrinitati particeps propinquus et facies parum tumida et palpebris inferiores tumorem ordeolo similem habentes. omnia hec epatis in vitium debilitatem. Ventrum tarditas et eorum debilitas tociusque corporis imbecillitate et urine albitudine significatur. Nasus quoque curtus et os parvum et dentes curti et crossi. humidam declarant complexionem et frigidam. Extremitatum lenitas et earum tenuitas atque equalitas humiditatem demonstrat complexionis. manus et pedes cum pulcri fuerint et parvi. totius corporis complexionem esse debilem et ipsius exilitatem fore pauca demonstrant. Signa debilitatis membrorum.

Pauca laboris tollerantia et cum fortis sit opus. interiorum membrorum debilitas incontinentia atque etiam frigida potui laxatio et victualium prunitas. accordant subtilitas et cutis et forme eius tenuitas. quod debilitas humidis hominibus complexionibus magis accidit.

De complexione membrorum et humorum.

Cor omnibus membris corporis calidius est. ab eo enim calorem totum recipit corpus. unde ipsum est fons et minatum caloris origo. invenitur. Epar vero post cor in caliditate primum existit. post epar vero sunt carnes. adeps vero et eius frigidior est. Cerebrum complexio frigida et humida. Ossis preterea complexio frigida est et sicca. Cartilagines vero et ligamenta ac corde. et et corde venarum atque paniculi. omnia hec complexionem habent frigidam et siccam. minus tamen quam os. Cutis complexio temperata est. precipue tamen ea que in volis manuum temperati hominis reperitur. Nervorum complexio dividificetur. Nam qui a cerebro nascuntur humores sunt. Qui vero a nucha oriuntur minus complexione cutis complexioni vicina. Glandularum complexio que lac et sperma et salivam generant frigida est et humida. Carnis vero subtilia in membris diversa invenitur que unumquodque membrorum propriam tenet complexionem. Carnis enim pulmonis complexio a complexione carnis renum. diversa est. Sermo in hiis diffiniens ab huius libri intentione remotum invenitur.

De humoribus autem et humoribus sciendum est quod colera rubea omnibus aliis humoribus est calidior. et cum hec flamis et sanguinis comparatur est sicca. Flama vero omnibus aliis humoribus frigidius invenitur et humidius. Colera quoque nigra respectu sanguinis est frigida. Aliorum vero humorum est frigida. comparatione est sicca. Preterea sanguis respectu flamatis et colere nigre calidus. utriusque vero colere comparatione humidus comparatur. Cuius quidem species diverse est. sicut et flamatis. quarum una frigidior alia habetur. fellis similiter species. aliis est acutior et siccioris qualitatis. Sanguis tamen quiddam alio temperatus est. ita ut sit comparatio ad sanguinem bonum. colericis et flegmaticis et melancolicis. De regitione replexionis.

Si quod in venarum foraminibus invenitur tante fuerit magnitudinis ac multitudinis quod venas extendat et in fletu pervenient dispositio que a medicis replexio secundum foramina vel ex foraminibus vocatur. et quando id in eis est ex quo corpus nutritur debet. mensuram adeo excedit quod natura aliquid ex eo ut in corpus nutrimento non necessarium eliminat quod virtutes illud non potest. et ei contrarium pervenit in dispositionem. quam medici secundum virtutem replexio notatur. hec tamen utrique dispositiones cognitu sunt gravative. Replexionis autem illius que sunt secundum foramina. significatio est coloris rubedo et corporis calidioris. cum eadem intensione. Alicui quoque et oscitationum multitudo et sompnus multus. et venarum replexio cum ipsarum tensione. Sanguis similiter exeuntibus et gingiuis gutium fluens. cum utrique parum tacte fuerint. et capitis precipue atque oculorum et temporum gravitas. et ingenii atque sensus turbulentia. et pulsus magnitudo cuius et dispositio sit similis sive dispositio cum lassus est et quando cum multa comestione et potatione fuit usus et sompno superfluo ac multa quiete. Replexionis autem que per virtutem comitantur significationes iste sunt appetitus eius et admotores gravitas et pigritia et dissolutio et laxitas. omnia enim hec si sine coloris rubedine et membrorum extensione fuerint precipue feliciter significant replexionem. Pulsus quoque in hac specie replexionis non est magnus. urina quoque non est tincta nec cocta.

Spiritus debilitate fuerit ista

de nimis debilis

manus parve et pedes

Nota complexiones cordis et omnium membrorum

cutis complexio
nervorum complexio

nota complexionem humorum

De signis siccitatis
De signis humiditatis
De signis frigiditatis
De signis
De signis frigiditatis
De signis caliditatis
De signis frigiditatis
De signis humiditatis
De generatione complexionis
De genere repletionis

De epiglotto

Nota hic quod de uoc. quatuor humorum sup... hinc dicit

Significatores omnes prime **de cognoscendis .iiij. humorum** hu-
ctuariis replecionis species. sanguine dominante hoc indicitur. Pri-
mis preterea locis ex quo sanguis solet minui et orificium locus
per solum et parue more uesice. et in corpore cibus facilis. atque
urina rubea et spissa. et si preterea ista etas sit iuuenilis et corpus bone
sit habitudinis multas habens carnes. et cibaria quibus in precedenti
tempore usus fuit. sanguinis generatiua fuerint. procul dubio sanguinem
habundare significatur. **De significatione dominii co. rubee.**

De habundancia cole rubee

Color citrinitas oris amaritudo atque multa fore siccitas
et sitis multa ac appetitus debilitas. et nausia atque uomitus
cathus et uiridis et amarus et egestio mordicativa ac lingue sic-
citas et ipsius asperitas. et eorum que in albis oculorum apparent
citrinitas. et urina tenuis ignea clara quecumque harum signa-
tionum apparuerit si cum hoc tempus estiuum fuerit. et etas iuuenilis et ci-
baria quibus ante usus fuit pauci. uel calida et labor precessit
multus et sompnus paucus. atque corporis complexio calida inuenitur nulla
fiducia habenda est de eius dominio. **De significatione co. nigre.**

Ad corporis notitiam. multitudo ciminum appetitus et fuscus color et san-
guinis nigredo ac spissitudo et urina magis uel rubea fusco parti-
cipans colore uel liuiditati appropinquans. corpus preterea tale sit
in quo sit magis gravitas solet colera in corporibus enim albis et essis
et nudis apparet. colera nigra uel raro uel nullo modo generatur.
In coloribus autem bruno colorato colore et macies atque colo-
re habitibus ex rubeo et fusco commixtum et musculosis et coloribus
rufis et rubeis quoniam multum laborat uel male regitur et si cum hiis
cibaria quibus prius usus fuit co. ni. generatiua fuerint et ipsi
regimen simile. et corpori preterea accidunt scabies et morfea
nigra et pustule male. et splenis augmentum. quoniam ista affuerit
non est amplius dubitandum. coleram. ni. dominari. **Si-**

De signis flate

Multitudo uiscose saliue **gnificationes dominii fleumatis.**
et sitis paucitas. et urina alba et pigritia et hebitudo et inc-
tonia sompni. atque corporis mollicies et digestionis tarditas.
et preterea si cum hoc complexio fuerit fri. et tempus yemale. homo et
ante hoc prius fuit usus motu et pauco exercicio et multa
comestione. cibaria etiam quibus usus fuit sed maio-
rem partem flegmatis generatiua fuerint. atque aqua dulcis
balneo usus fuit. he significationes fortiores erunt
et firmiores in flatus dominii significatione. **De sompniorum**

Sompnia quod facient ... bo

Sompniorum preterea significationes **significationibus**
perfectis multis amisceri solent. Cum enim aliquis in sompno
pluuias multas uidet et mare et fluuios. multa in eius
corpus humiditas adesse significatur. Ignes uero et fulgura ac li-
tes cum quis in sompnis frequenter aspicit. colera ru. in ipso habundare
monstratur. Colores autem rubeos et tictos ac nuptias et ab-
aria dulcia et uiscosas atque fluxus sanguinis et flothomia
si quis sompniauerit. quod sanguinis multitudo sit declaratur.
Cumque multa fusco colore tincta atque nigredine. timores
ac pauores in sompno aliquis aspicit. cole. ni. copia signifi-
catur. Et cum aliquis uidet se manere quasi in loco niuis
uel frigido aquo lectatur. frigoris significatur uictoria. huius
autem contraria si uisa fuerint. contrarie erunt significationes. Et
si quis uidet se quasi in balneo. uel in sole. uel quasi camerallanbus
exponatur diebus uel igne excessus significat caliditatis
Et fortasse cum quis sompniauerit se quasi uolare et uiam
dare et capere siccitatis demonstrabit excessum atque huius
leuitatis et subtilitatis. Si quis uero se quasi ab aliquo grauari
sompniat. replecionem laborare ostenditur. Cumque se
per loca quasi cenosa incedere. uidet. fetidum habentia
hodorem. putridos in corpore demonstrat habere humo-
res. hiis uero contraria. contrariam habent significationem. Cumque
in sompnis uidet. quasi incedat portos bonos habentes ho-
dorem suorum significat equalitatis humorum. et quoque aptitu-
dine ualde sunt remoti. per loca uero angusta et per fora-
mina siquis se ambulare conspicit. infirmitas habebit

graue pati egritudine. demonstratur. que ipsum tantam aeris
quantitatem attrahere uetat. quanta ei necessaria. **De comparatione**
In primis capitum color cum sua diligentia **capitulorum**
inuenire oportet. Color enim cum inrubedine minuitur. capitis
infirmitatis uel splenis uel stomachi significat. uel quod emorroi-
das patiatur aquibus sanguis effluit multitudo. post hoc
uero totius corporis supponens in loco claro luminoso. considera-
dum est. ne morfea subintret sui ipso fuit uel impetiginis ini-
cium occultum possint. Morfea. n. in suo initio ualde est
occulta. Ipsa namque non est nec albedo. uel nigredo sed
uel quod paulatim procedendo cum sui addicione completur. Impeti-
go quoque non est aliud in suo initio nisi crispitudo que
loco accidens cum addicione semper de die in diem crescit. Preterea
si in aliquo loco corporis nouum uel cicatrice similitudinem
uel signum aliquod habuerit. cum suo studio considerandum est ne in
hoc loco forte habuerit baras. propter quam combustus sit. uel exco-
riatus uel exercitus est. ut occultum possit. Que cum senium
uel longi fuerint temporis. tincturam quam debilem amittet. et amplifi-
catur albatis. ultra locum occurrere excoriatoris. Cumque
neum dubitatio occurrit ipse in balneo ponatur. et cum
aqua calida fortiter prius fricetur. et cum semine alusnen
et baurach atque aceto. deinde consideretur. et si in loco in quo coctum
uel excoriatum fuerit non solum fuerit coctus uel excoriatus. suspec-
tiorem habere debes. id magis frictum debes. preterea siminitas et ext-
remitas occurrere cum magna inquisitione considerari debent. In hiis
enim locis euidentius apparet. postea uero queritur quod querendum
est. et quid dicitur scatur. deinde uero capitis pili atque tem-
poris considerandi sunt. an sit in eis furfur uel rubor. Audi-
tus quoque acuitas perquirenda est. et ubi ipsius et sensus atten-
denda sunt. Pupille et attendende sunt. an sint in magni-
tudine equales eiusque uisionis acuitas. et albedinis que
in oculis est clitas considerandum sunt. Cum enim in eis est fuscus
color turbitate participans. lepram designat. et quoniam in eis est
citrinitas egritudo epatis significatur. Et quoniam rubee mul-
te manifeste sunt in eis. patitur sebel. Palpebre quoque
eius considerande sunt. si mundi sint et cito mobiles. Grosse
autem si sint. plerumque fiunt scabiose. uel sunt ad scabiem prepa-
te. Que uero grauiter mouentur et difficile sunt male. Op-
portet. n. illum cui talis est dispositio. suas quoniam a sompno excita-
tur tam diu fricare palpebras donec aperiantur. Lacrimale
quoque quod apparet naris est. exprimendum est. decurret
enim forsitan humor albus occasione fistule si ibi est.
Pili preterea palpebrarum et aliorum perquirendi sunt. Si enim
fuerint tam malum significabunt. et precipue si cum hoc taleus
fuerit et faciem habuerit rubeam. Deinde cum magna dili-
gentia anelitus oris et nares attendatur. ne ma-
lus ibi sit hodor. Narium quoque figura consideretur. Co-
Magne enim et torte si fuerint fistulei inde continebun-
tur inspici debent. Item anelitus attendendus est
si sit facilis. Dencium preterea modus obseruandus est.
utrum si sint recti et fortes. et mundi. et si aliqui e-
orum mouentur uel corrodentur. dentes. n. fortes diu
permanent. minuti uero uel debiles cito cadunt. post
hoc quoque totius corporis debilitate proficiunt. Dein-
ceps eius collum considerent si est equale. et comparatur quod
aut si est ab aliquibus locis tumidus uel cicatri-
ce habens. Fortassis. n. glandule ibi erunt. ex quibus scro-
fule cito generabuntur. Pectus quoque attendatur si
est amplum et multas habens carnes. Paruum enim si fuerit
et macrum et spatule foris prominent. ptisis signifi-
catur. Post hoc uero supinus iacens statuatur. et to-
tus enim uenter perquiratur. attendo si tumor uel dolor
inueniatur ibi cum comprimitur. et precipue in loco epatis
et splenis et oris stomachi. deinceps perpiatur ei ut se ceant

Cuius gressum attendatur levitas. Et si aliquid constringet
liberatur. et sue constrictionis fortitudo consideretur. Debilis enim
si fuerit omnium nervorum debilitatem demonstrabit. Postea vero pre-
cipiatur ut audiat et attendatur ut post cursum anima in-
vadat vel tussis. Preterea manus ipsius et pedes ad minimum
operando respiciantur. Una enim fortissime. Alia maior
invenietur. Iunctura quoque eius consideranda est. Si
ad motores videlicet separate sint. Deinde aures sunt inspici-
enda an in eis vene magne et grosse et ample inveni-
antur. Ex hiis enim varices et elephancia sepe accid-
unt. Alia et omnia que in complexionum cognitione attendenda
fore diximus. Alias res advenient cognoscendas.

Capilli lenes timoris. **Capillorum significationes**
sunt significativi. Crispi autem audaciam significent. Inve-
nire et pillorum multitudo repta. luxuriosum demonstrat.
Super dorsum vero si multi fuerint pili. audacia indicabitur.
Si si sunt spatulas et collum multitudo fuerit pilorum dementia
et obstinatio significabuntur. Invenitur quoque et pectore pi-
lorum multitudo repta sapientem innuit pauciatem. pili in ca-
pite vel in toto corpore stantes repti timorem significant.

Color rufus vel rubeus. **coloris significationes**
sanguinis et caloris innuit multitudinem. Color vero in-
ter rubeum et album medius equalem complexionem. si cum hoc ca-
nis aspersus nuda fuerit. Cuius autem color est velut flamma ignis
iracibilis est et maniaticus. cuius et color rubeus et clarus con-
spicitur verecundus est. Cuius preterea color viridis vel niger iracibilis est.

Cuius oculi sunt magni **Significationes oculorum**
piger est. cuius quoque oculi in profundo sunt positi. callidus est
et deceptor. Cuius oculi foris prominent inverecundus est. et
loquax ac stolidus. Qui vero autem oculi in corporis longitu-
dine positi fuerint. Callidum et deceptorem demonstrabunt.
Cuius vero pupille multa participant nigredine timidus
est. Cuius oculi in colore capre oculis similis existunt
stolidus est. deceptor est et callidus. atque latro. Cuius oculi ad
eo sunt immobiles ut quasi lapides sint. callidus est. Cuius vero in-
tuitus mulieris intuitui assimilatur luxuriosus est et inverecundus
est. Quando autem ita ac si puer esset intuetur atque tota eius
facies et oculi quasi ridere videntur letus est et diuturnam
poterit vitam. Cum oculi magni sunt et tremuli homo
piger est. et spatiosus et amator mulierum. Cuius oculi pi-
ni sunt et tremuli acuati valde est inverecundus et mu-
lierum amator. Cum oculi in rubore prune assimilantur
homo pessimus est et obstinatus. Pupilla si est nigra pi-
griciam portendit et hebetem. Oculi varii suo colore cer-
titatem hominis amicitie. qui quasi croco tincti esse videntur
pessimos significant mores. Macule multe circa pu-
pillam in oculo apparentes malum significant hominem. Qui si
cum hiis et fuerit varius erit deterius. Oculi si parvi fuerint et
foris prominentes ut oculi cancri stulticiam significabunt
et stoliditatem et luxus sequentem cupiditatem. Cum oculi
fuerint parvi et mobiles. palpebre quoque frequenter palpi-
tantes. hominem significabunt pessimum. pupille in quarum
circuitu magis apparet similitudo. hominem demonstrat
invidum. et non bonum et timidum et pessimum. Oculi qui
sunt vacantes oculis similes amicitiam portendit. Cum pupilla
nigra existens talem habet claritatem radiantes. aut
ut color lapidis fissuris unius. hominem significat
malum. Preterea homines cum hiis habentes in oculis macu-
las rubeas aut albas aut sanguineas omnibus hominibus
sunt deteriores et magis deceptores. Qui autem pupillam
foris prominentem totius oculi sub ea latitudine habet
est amens. Cum oculi profundi fuerint et parvi. callidum
et deceptorem et invidum iudicabunt. et cum pili palpe-
brarum curvantur in sursum vel ad innata naturaliter premi

Cui oculi circumvolubiles et acute [illegible] tentes.

no pessimus

h
[illegible] audacia apparet hominem malum
[illegible] sanguineum [illegible] apparet et declarat.
Oculi semper [illegible] oculi [illegible]
[illegible] rubei [illegible] et magis hominem
pessimum stolidum [illegible] stultum [illegible] Oculi
[illegible] nigri et va-
rii [illegible]
[illegible] vel rubedo [illegible]
apparet oculi cuius est bona [illegible]
Oculi varii [illegible] radiantes

torquentur. in dacem significat et callidum et stultum. homines
oculos valde tremulos malus est. Cum oculi fuerint parvi
homo erit malus et stultus. Oculus vero si fuerit magnus
minor erit malicia et stulticia maior. Qui oculos habet
varios vel virides malus est et latro. Oculi quorum palpebre cum
magna palpitant frequentia. hominem timorosum manifestant
declarant. **Significationes superciliorum**

Qui in superciliis pilorum habet multitudinem. multarum est
cogitationum et multe tristicie atque eius loquela feda est
et grossa. Cuius supercilia longa sunt arrogans est et inverecundus.
Cuius supercilia inferius descendunt a parte naris et superius
elevantur a parte naris et superioris elevantur a parte temporis
inverecundus est et hebes. **narium significationes**

Cuius narium extremitas est subtilis. homo est diligens lites.
Cuius nares magne sunt et grosse. pauce sapientie homo est. Cuius
narium extremitas longa est et festinus est et stultus atque
levis. Cuius nares late sunt luxuriosus est. Cui narium fora-
mina valde sunt aperta iracibilis est. **frontis significationes**

Cuius frons plana est. rugas non habens. litigiosus est et eo
moventes iras. Cuius frons est rugosa ad medium sui frontis
declinans iracibilis est. Qui parvam habet frontem stolidus est.
qui vero magnam habet frontem est piger. Cuius frons vehementer
est rugosa inverecundus est. **significationes oris et labiorum et dentium**

Qui magnum habet os gulosus est et audax. Cuius magna sunt labia
stultus intelligitur et hebes. Cuius labia non bene sunt
tincta egrotans est. Cuius dentes debiles sunt et rari et minu-
ti. totum eius corpus est debile. Cuius canini sunt longi et firmi
gulosus est et malus. **significationes faciei et forme.**

Cuius facies ebriosi hominis faciei ebriosum ei assimilatur
ebriosus est. Iracondi vero cum assimilatur iracibilis est. Cum
autem inverecundo invenitur similis verecundus est. Cuius facies
carnosa est piger est et stultus. cum maxillarum circa grossa est.
grosse est nature. Qui subtilem habet faciem multarum est
cogitationum. Cuius facies vehementer rotunda est stultus
existit. Cuius facies est prolixa piger est. Cuius facies
est valde parva malus est et callidus et adulator. Cuius
facies est deformis mores habet non potest bonos nisi raro. Cuius
facies est longa inverecundus est. Qui tempora habet inflata et venas
inflatas grossas iracibilis est. **significationes aurium**

Cuius aures magne sunt stolidus est et longe vite.

Cuius vox est valde grossa. **significationes vocis et anhelitus et lo-**
audax est. Cuius loquela est velox. festinus **quele**
est et parvi intellectus. Cuius loquela cum quadam festinatione
velox est iracibilis est et malorum morum. Cuius anhelitus largus
est vilis est. Qui vocem habet gravem sive ventris fuerit fuiens est.
Cuius vox est aspera invidus est et malum moris tenet
occultum. bonitas vocis stulticiam et pauca demonstrat sa-
pienciam. **Significationes carnium**

Carnes multe dure grosse declarant sensum et intellectum. Car-
nes vero lenes bonam naturam significant et intelligentiam. **Signi-**

Qui multum ridens est omnibus benignus **ficationes risus.**
est conveniens. nec precibus aliquibus sollicitus est. Qui vero
parum ridet huic contrarius est. displicet ei omnia hominum facta
Qui alta ridet voce inverecundus est. Qui autem cum ridet
tussit aut inspirandi difficultatem patitur inverecundus
est et tyrannus. **significationes manuum**

Motus tardus significat hebitudinem. mores festini levitatem signif.

Qui collum habet curtum. callidus est et tunc **significationes colli**
ingeniosus. Cuius collum est longum et graciale stolidus est.
et gracilis atque timidus. Qui grossum habet collum durus ac
forte iracundus est et festinus est. **Significationes ventris.**

Costarum fortitudo et super ipsas carnium multitudo stolidi-
tatem declarant. Corporis subtilitas multam significat astu-
ciam. Ventris magnitudo libidinis declarat nimietatem.

garrulus

Costarum gracilitas. ac earundem subtilitas cordis imbecillitatem. Dorsi significationes.

Dorsi amplitudo fortitudinem declarat et arrogantiam atque ire vehementiam. dorsi vero curvitas mores innuit malitiam. Equalitas dorsi bonum est signum. Significationes brachiorum.

Cum brachia adeo sunt elongata ut manus ad genua attingant. subtilitatem anime et arrogantiam ac regnandi designat cupiditatem. Cum brachia multum curta sunt. hominem timidum et malicie amatorem significant. Significationes volarum manuum.

Manus lenes et subtiles. sapientiam multam et bonum designant intellectum. Manus valde curte stultitiam significant. manus graciles et multum longe tyrannidem declarant atque stultitiam. Significationes ancharum, coxarum, crurum atque pedum.

Pedes in quibus est carnis multitudo. atque ipsius duricies mali intellectus hominem portendunt. pedes parvi et pulcri. hominem fornicatorem et iocosum innuunt. Cum calcaneum est gracile. timorem significat. Grossum vero cum forte fuerit fortitudinem iudicabit. Cum cavillis utrimque atque crura grossa sunt. hebetem et inverecundum demonstrabunt. Coxe cum extremis multas habent carnes fortitudinis imbecillitatem atque lasciviam declarant. Cum coxarum ossa foris prominuerint. audaciam significabunt. Ancharum quorum ossa cum extremis tenduntur fortitudinem demonstrant multitudinem. et virilitatem. Ancharum gracilitas. amatorem significat mulierum. et corporis debilitatem. atque timorem. Passuum significationes.

Cuius passus ampli sunt et tardi. spaciosus est. cuius passus veloces sunt. et breves est festinus et pravus quibus valde sollicitus est quos tamen disponere ignorat.

extinguentibus nutriatur et zumum album et clarum bibat uel temperatum. In mane quoque mittatur ad balneum et deinde ab eo egrediatur et sic ad consueta redeat. Qui autem hac laborat febre quia multam famem aut sitim passus est. si cum sola dolorositas et lassitudo et frictio eum inuaserit antequam febris in eo sit confirmata inuenitur. tunc tritum fractum multa aqua ablutum et coctum. et inde in fractum dandum est. et zuccara tabarzed. Si autem non inuenitur nisi postquam febris in eo inflammata fuerit. sapiendum est ei sepe ex aqua frigida paulatim bibere donec febris reprimatur. deinde paulisper in [illegible] in aquam tepidam est mittendus. et aqua super eum fundenda frigiditate est non ledatur. postea ptisanam bibat. et ex olibus [illegible] nutriatur. et a labore abstineat donec sanitati restituatur. Cum uero aliquis hanc patitur febrem ex coriza que ei accidit. flomandum est ei [illegible] ascendenti minutie [illegible] spacium aut si flomia pati non potest cum uentosis sanguinis extrahatur. et a cima et uino abstineat aqua ordei bibat. Et unctus ex his que in coriza notauimus soluatur. pectus quoque eius molliatur. et tussis sicut ibi docuimus sedetur. Cumque ad salutem peruenerit et reumatismus digestus fuerit et tussis sedata et febris quieuerit in balneum est mittendus et ordinatum ad consueta paulatim reducendus. huius autem febris cura. non est negligenda. Excitat enim plerumque peruenit ad pleuresim. Sed qui hac tenetur febre propter fastidium. hec enim febres cum ructus fuit fumosi et fetidi innata solet et uix accidit cum fuerint acetosi. Si unctus postea solutus fuit per se alia non indiget cura. nisi ut parum aque calide sorbendo [illegible] ciat. et balneetur. et ex cibis in frigidis [illegible] qui in [illegible] corpus nec constringatur nutriantur. sic sunt ea que ex suco uue acerbe et sumach. et granis granati et his similibus preparantur. potus quoque bibat qui his inueniuntur similes. A labore autem et statione abstineat. et a coitu abstineat. Quod si unctus per se solutus non fuit ex medicis quas in capitulo de custodia sanitatis notauimus soluendus erit. Si autem hec febris superuenit alicui in cuius [illegible] ad contineat quod euomi possit. ex aqua calida sorbeat. et cum ea ipsum euomat. Et si [illegible] in inferioribus uentris partibus sentiat. collirium aliquod supponatur. Cumque unctus per ut oportet mundificatus fuit et cum hoc neque ructus fumosus neque grauitas nec mordicatio in uentre sentitur nec nausia. balneandus est eger et nutriendus. et regendus eo regimine quod prediximus. Is quoque cui hec febris accidit cum frequenti assellandi. ex his que in suo notauimus capitulo curandus erit. Cumque ipsius febris repressa fuit. in balneum mittendus erit. et ex rebus quas in hoc libro notauimus nutriendus.

Est preterea ex holibus quidam qui cum cibos multi nutrimenti frequenter comedunt. ut sunt carnes graues et crosse et pultes uel de spisse. et frumentum coctum et zumum crossum. Hac incidit febre. Quia propter huiusmodi acriorum ciborum assiduatione abstinere debent et ex carne edina et pullina nutriendi et sirupum acetosum bibere debet. et de uino sumere debent. quod iam peruenit ad subtilitatem et claritatem. et in profundo penetrare potest. Is quoque que apponitas ledit ante comestionem uinum ex aqua debet. et uentris solutionem et flomia assiduare. Si enim hec negliges fuit. egritudines incurrere acutas et pessimas. Sunt et ex holibus que cum laborem et uigilias patiuntur. aut eorum tardatur comestio. aut ex cibis [illegible] aut siccis nutriuntur. ad febrem adueniunt. Quia propter huiusmodi holum genus. Ab his rebus abstinendum est. Cumque febris eos inuaserit succurrendum est cito cum eis que corpus humectant. ex hoc enim si neglectum fuit ad ethicam deueniunt. De ethica.

Cum febrit tribus diebus aut amplius permanserit nec se mouerit. nec inflamatio uehemens fuit nec accidentia que febres acutas comitari consueuerunt cum ea affuerint ut est pulsus magnitudo et calitatis. et inquietudinis uehementia et anxietas. et lingue siccitas. atque eius nigredo. [illegible] sic uno modo perseuerauit. nec post [illegible] de profundi dimissio aliqua. nec proxima. propter hoc et ipsa inuenitur quieta et quasi tepida. tunc ethica ad esse creditur. Est iterum ipsius uirtus sic experienda. Ergo ut in clausis comedat horis est sapiendum. Qui si inuenerit fuit semper post comestionem a febre magis infestum. Ethicam procul dubio esse pronunciandum est. Quod sic habet. facies ei iam esse extenuata uidetur. et oculi concaui et cito diminuta. atque cutis desiccata fuit. Ethica iam non est in principio. immo in ipso confirmata est et operata. et diu est ex quo ipsum inuasit. Hec autem febris que in principio sui cum nondum sat ad antiquitatem peruenerit. curabilis est. propterea iterum signa cognoscenda sunt. ut cum aliquis de egri sanitate confidit ad eam curandam properet. Dicemus ergo quod eius qui declinat in proximam [illegible] tempora uehementer plana sunt. et oculi concauantur. et nares subtiliantur. et fiunt tornatiles. Facies quoque fit tornatilis. et aures in minoratur. et eorum corpus subtiliatur. Faciei quoque aspectus tenditur cutis. Ac si esset corium. quod super ossa faciei desiccatum foret. et totum corpus similiter acsi [illegible] existit. Collum preterea tenue fit. et epiglotis foris prominet. Cumque pectoris ossa tactu aut uisu considerata fuerint. unumquodque eorum cum sui extremitatibus notum potest. et postremo corpus non uidetur nisi corium et ossa. Cumque uox exilis auditur et debilis. et uultus omnino destructa uidetur. et pulsus subtilis et debilis. et cum hoc et durus. Cordis quoque manifeste apparent quod eius dissoluta est. et uene [illegible] et a sanguine uacue. nec eius continuitatis magne rei capax existit. Pulchritudo quoque atque claritas ab ipsius corpore omnino recesserunt. et cutis desiccata est. et [illegible] existentis in seso [illegible] facti est. Venter et eius attenuatur. et distillatur. tamen uidatur. ac si costis adhereat. et quasi nichil in se contineat. intracto preterea uentris intime subtiliatur. ut non uideatur esse nisi solummodo corium. et post hoc spasmatur. et desiccatur et ungues curuatur.

Cum uero capilli cadunt alicuius et uenter soluitur. mors ei propinqua est. Cumque corpus adhuc diminutionis et debilitatis deuenerit in minus. nunquam sanari potest. nec meliorari. Sed dum carnis et sanguinis pulchritudinis et uirtutis reliquie in eo inueniuntur. et quod ex predictis signis [illegible] apparuit. nec uehemens est nec confirmatum sanari potest. et ad summum tenue disponi sicut uxor(?) subueniatur. Cui autem non fuit multa debilitas nec multa macies. nec longum intercessit spacium ex quo pati cepit. nec est ex signis ethice aliud apparuit nisi quod febris lenta adest. que iam perseuerauit dies. et quod cum ea par siccitatis et macies [illegible] huiusmodi paciens leuiter ratio sanitati restituetur. Sic uoluit. Hac ergo febre laboranti in primis aqua ordei danda est. et postquam ipsi de sito decedit. ex piscibus qui [illegible] uocantur super primis assatis aut in uetu nutriendus est. et ex holibus frigidis et humidis ut portulaca et molochia. et lactuca. et cucurbita. et citrulli. et cucumeres. Hic quoque cotidie antequam comedat balneum ingredi debet. ubi in loco moretur in quo aer calore ledi non possit. et in aqua tepida per aliquod tempus mittendus est. Deinde ex oleo uiolato ungendus. domus uero in qua moratur talis sit. cui aer frigidus sit et humidus [illegible] ex rebus [illegible] que frigide sint et humide sit sterni.

Panni quoque aqua rosata infusi in [illegible] in aqua camphorata et sandali dissoluti sint. pectori superponantur. quod si fieri consueuit. cum flos alleuiatus fuit. et cibus ab eo descendit. et antequam comedat. Cumque pellem tepefacti fuerint panni mutandi sunt. Quod et diu fieri conuenit. donec eger sanitatem senciat ad multa sui corporis profunditate peruenisse. Quod si ei huiusmodi curam superuenit ei [illegible] et postea acciderit ei calitas. tepefiunt panni et postea pectori superponantur nec remoueantur nisi est desiccati fuerint tunc. cum multum calefacti. Oleum preterea uiolatum. et oleum de seminibus cucurbitarum in potu danda sunt. et lectus solito mollior fiat. et quanto plus potest longo tempore dormiat. Uigilias autem atque cogitationem et amorem. et coitum. et astationem in locis calidis et siccis. et fame abstineat. Si autem cum hac febre fuerit nocumentum et acuitas

atque ardor. trocisci de camfora cotidie in matutinalibus horis tribuantur. Cum autem sol ortus fuerit aquam ordei bibat. Aquam vero quam in nocte bibitur est iulep cum mucillagine psillii admisceatur. nec cessandum est a motu in potione inflammationem in pectoris inflatione. Quoniam ex his epithimatibus et exholitis instantes epithimati. Cibaria vero non semel sunt tribuenda. sed ad multas vices partienda. et precipue si estas fuerit. Ex quibus eger non tantum semel sumere debet quantum est ei necessarium. et sibi caveat ne semel tantum comedat quantum est id quod eger. Ex aqua quoque frigida paulatim in potu sumat. nec famem aut sitim nullomodo patiatur. et ab omnibus que calefaciunt et desiccant omnino separetur. Cum autem ethici in medicina fuerint et ob siccatio ac carnis diminutio manifeste apparuerint. Quoniam ad minimum perque ipsam diximus esse insanabilem nondum pervenit ei laborans eodem indiget regimine quo prediximus. Oportet tamen ut super eum fiat assiduatio et perseveratio et frequentatio. et perveniatur cum eo ad ultimum et mittatur in balneum et maturam bis aut ter in die. ubi in tali disponat mane loco in quo calefactus eum nullomodo ledere possit. nec oppilatio invadat. Nos enim nequaquam volumus ipsum intrare balneum nisi cum semicupium invenire non possimus. nec aqua sit eum cum simplex. ne oppilatio eum invadat. Sudare autem et aerem attrahere calidum omnino ei deterior existit. Hac itaque patiens febrem in balneum mittatur. et semicupium postquam eluat horis spacium pertransierit. ex quo aquam ordei in potu suscipiat. et cum de semicupio egreditur ex oleo inungatur. Cumque vero ab aqua ordei alleviatus fuerit. nec inimicus sapor illius remanserit. iterum ad balneum ducatur ita tamen ut in eundo minime laboret. deinde mittatur in semicupium. et de aqua tepida tamdiu super eum fundatur donec ipsius corpus intumescat et paululum rubere incipiat. postea vero in aqua frigida semel submergatur ac ubi tamen frigiditate non ledatur. deinde ipsius corpus ex oleo violato et aliis similibus oleis inungatur. Quoniam super preterea regendi ipsum in balneo in aere … recipiatur. Cumque a balneo egressus fuerit. ex eis que diximus et prius fuit quam diximus cibetur et iaceat in domibus tranquillis huius bene olentibus in quibus sit aeris pravitas. ante ipsum vero panni in frigida infusi aqua. et parapsides magne ex ea plene ponantur. aut lacune sint coram eo. Folia quoque vitis et salicis atque rosarum et violarum et … et huius similium coram eo sternantur. Insuper in terris non sit in eius mansione ignis. nec fumus. sed frigidus attrahat aera. hoc enim maior ei existit cura. quod propter hoc ita consuluit quod non oportet eum emplastra nec epithimata que prediximus ex thus acceto dis confortationem apponere. Ex pannis quoque caligine et in pondere levibus cooperiatur corpus et precipue caput. ne cortex aut … ei superveniat. et extremitates leniter comprimantur. patiens quoque oleum de cucurbitis cum oleo de nenufarino … oleat. et dormiat diu. Quod si magnum diei superveniunt spacium. voluntate iterum antequam tenet nam ingrediatur faciat. quia conferet ei. et si non comedat et ante comestionem non ingrediatur balneum. et dormiat diu. Si autem siccitas et macies iam vehementer eum occupaverint. lac caprinum super ipsius corpus mulgeatur. et ex eo liniatur. atque aqua que est in semicupio ex ipso aliquid admisceatur. Cum de semicupio egressus fuerit. ex oleo violato. aut de cucurbita. aut de nenufare inungatur. Si vero neque caliditas nec acuitas fortis fuerit. vinum album et subtile quod tamen aqua sit a … mixtum ut sapor vini abscondatur bibat. Sed si acuitas fuerit manifesta iulep de zuccaro cum aqua frigida ei in potu tribuatur et ne venter eius solvatur summopere est cavendum. Ad cuius constrictionem si solum cepit est festinandum. huic preterea plerumque si calor fuerit fortis confert lac vaccarum iuvenilis etatis de quo butirum vehementer extractum est. Si fuerit acetosum et aqua ordei in potu est tribuenda. et si venter solutus fuerit ipsum cum tortellis sumat. et est necesse cum hoc que diximus ut ad infrigidandum et calorem extinctionem studium impendatur. Cum autem huius urina fuerit oleagena. aut in eius superficie petalla apparuerit unctuosa. aut frustris carnis sunt similia. aut ad simile furfure. multimo melius regimine est inventus. Sed si hac laborans egritudine corpus habuerit vehementer siccum. et vehementer macrum. nec fortis calor in eo assit. lac calidum ita ut ab uberibus extractum fuerit in potu sumat. aut cum eo micas panis comederet. conferet ei. Omnium vero lacte asininum ad hoc melius existit. et post ipsum est caprinum. In lacte vero recenti duo sunt observanda. ne scilicet in caseitatem transeat. et ne coaguletur. lac autem quod prediximus cum in stomacho fuerit non transit in caseitatem nisi raro. Quod si numquam in caseitatem mutabitur si parum zuccari ei admisceatur. Cum autem a lactis comestione quis egrum custodire voluerit. eius dispositionem in caliditate cotidie tangendo consideret. et qualiter aerem attrahat et reddat eiusque pulsum inspiciat et urinam atque sudoris ipsius quantitatem. Si autem invenerit hec omnia maiora quam prius erant antequam lac biberet vehementer augmentata fore. A lacte penitus erit abstinendum. et lac acetosum absque butyro aut aqua ordei in potu erunt tribuenda. trocisci de spodio et his similia. Venter quoque si strictus fuerit. cum apozimate prunorum et tamarindi erit solvendus. Quod de eo usque fit conveniat donec predicta removeantur accidentia. post quorum remotionem ad lac redire est ei perspicuum. Hec est eorum summa que ethicam patientibus adhibere conveniunt. Cum autem aliquis ethici laborantes ad hoc devenerit ut ossa rasceti et pectinis manifeste apparuerint. et pulsus deficiat. et mirach ventris consumatur. ad hec omnia quoque eorum ossa manifesta videantur et subtilia non est in eis laborandum ut ad sanitatem perveniat. Sed ut quoquomodo sustentetur. quod fit ex nutrientibus que velociter penetrant. et ex bonis odoribus. Caro quoque pullina sumenda est. et in parva frusta incidenda. et succus … salem hunc extrahendus. que ad alia carne succus extrahi consueverunt. … ex carne … in collo … ponitur. deinde huic succo parum de succo pomorum aut citoniorum. et parum vini admisceatur. Aut tortella bene trita ei admisceatur. et sic bibatur aut sorbeatur. Camisias preterea in cetis induat que ex sandal' aut musco si non capitis dolorem fecerint sit infecte. fumigium quoque ante eos fiat ex ligno aloes et necesse. et ante eos et coram … ponantur odorifera et confectiones odorifere. et aqua sit eos roretur. et olfaciant cibos odores habentes desiderabiles sicut est cibus qui fit de carne epatis et pulmonis minutim incisa. et postea in frixorio cum ovis et aceto cocti. et intestina ex carne frustatim in sale plena … pulli quoque assandi sunt et coram ipso … da ex quorum pectore carnem masticando succum solum trahat carnem autem proiciant. si multum fuerit debilis. Quod si quis ex hiis aliquantulum fortior fuerit pulli cum aqua et sale coquantur. quorum pectora postea concussa cum iure exprimantur quorum succus est pauco coriandro et pauco cimino conditus. et vinum atque tortellas hiis admixta in potu tribuatur. Quoniam autem ex veteribus medicis retulit se vidisse unum virum et multos pueros qui postquam ad ethicam ad hanc devenerint dispositionem sanati fuerant. Ego tamen numquam hoc vidi nec credo verum fore. et precipue postquam puerilem transierit etatem. Trocisci de camfora qui sunt cordis. epatis ac pectoris infirmitati. ethice que est cum ardore conferunt. Recipe rosarum rubearum ʒ. x. spodii albi quod sit magnum frustum. seminis cucumeris. amborum ana ʒ. v. seminis lactucarum ʒ. viii. seminis portulace ʒ. vi. seminis endivie ʒ. ii. seminis cucurbite dulcis ʒ. vi. tragacanthi ʒ. x. camfore ʒ. v. Ex hiis omnibus mucillagine psillii conficis in formam trocisci. quorum quisque duas ponderet ʒ. Quod si venter solutus fuerit. ex istis aliis trociscis de spodio qui sunt constrictivi dentur. Recipe pulveris rosarum rubearum. spodii ana ʒ. iii. seminis aceto se excorticati ʒ. iii. balaustie ʒ. i. et s. seminis

Ethici in cura …

Urina ethicorum

Regimen ethicorum qui sunt in … debiles

Trocisci de camphora

No. De febre tertiana

coriandri in aceto infusi et postea torrefacti ʒ. ii. fiant trocisci quorum quilibet cuius pondus est ʒ. ex quibus unus in mane et alius post solis occasum. cum rob simplici decoctionis. aut granatis. aut de ribes sumantur. tertiana.

De febre que una die interpolat alia vero non et vocatur

Huius febris principium cum forti accidit rigore aut frigore et pauco. sicut est dispositio pectis cum obtupescat. hic non prolongatur diu. sicut rigoris spacium prolongatur. hic corpus cito calefacit adeo vehementer ut si corpus egri tangatur manus mordicationem sentiat caloris. Accidit autem plerumque ut eger in tempore vehementie caloris huius febris et in eius fine. maniter loquatur. et precipue si calide fuerit complexionis. plerumque et ex ea accidit nausiare. estuatio. et vomitus. co. rri. venit quoque quando soluitur. et egeritur colera citrina. pulsus vero in statu huius febris. fuerit magnus et velox. et frequens. hic tamen eger. Urina quoque in colore est ignei. hic secundum substantiam non est spissa. hic tamen fetorem. et odorem malum ex putrefactione. hic autem febris sepius evenit complexionem hominibus calidis et siccis. et qui multum oppressi fuerint labore et vigiliis et ieiunio. et cibis calidis nutrimentum superfuit. et vinum forte et vetus biberit. in temporibus et temporibus in caliditate distemperatis. hic preterea febris non infestat egrum ultra horis. xii. quin immo sepe in horis paucioribus unde ipsius removetur proximus usque adeo vel hic horis. Cumque hora recessionis advenerit cum sudore removetur. et quando separatur a corpore. pulsus ab ea mundificatur. Cum quando hic accidit cum febre inveniuntur. aut ex eis plura. sciendum est febrem esse tertianam. Quod si cum predictis accidentibus. aut pluribus ex eis contingat. tertiana nulla hora nullus evenire absque omni dubitatione sciendum est ipsam esse tertianam. Ac si vidisses cum una die infestasse et alia quievisse. Cumque eger taliter dispositus fortis inveniatur. fuerit diu ex quo non fuerit solutus. pondus de myrobolanorum citrinis ʒ. x. in aqua die et nocte fervente infundantur. de inde manibus fricatum fuerit coletur. cui ʒ. xx. exterminabi misceantur. et in mane in potu tribuatur. Sem quoque recentis antiochene et boni quarta ʒ. i. et tanta quantitate iulep. et aqua que semel sorberi possit. dissoluatur et ad bibendum tribuatur. donec vehementer soluatur. Cum enim hic factum fuerit. aut febris nullo modo accedat. aut per se per alleviabit. de inde ex toto regimine quod narro regendus est.

Si autem eger fuerit deliciosus aut debilis. et tempus fuerit estas. per unamquamque noctem. pectus ʒ. x. tamarindorum et prunarum siccarum et cassia. xx. sumantur. et in duabus libris aque usque sint dissoluta coquatur. de inde manibus fricata coletur. et misceatur huic colature. zuccari tabarzet ʒ. x. et in potu antequam dormiat sumat. Cumque mane factum fuerit et sol elevari ceperit ex aqua ordei sed magna quantitate bibat. et in loco bene quieto vel olente moretur. donec cibus digeratur de inde ex holeribus frigidis et mulsi guarit in quibus est amaritudo nutriatur. acidis in quibus est cito abstineat. et comedat medullam cucumeris et citruli. et de suco cucurbite in tempore suo bibat. et de suco cucumeris saraceni et sumat in potu aquam cum iulep et sirupum acetosum. cum aqua bene quantitatis modus quoque infrandi et extinguendi secundum febris calorem obsuetum.

Venit preterea si ipse semel aut bis aut continue soluitur Apozima prunorum non est dandum. hic ex alius est regendus. In loco quoque apozimatis prunorum sucus granati mixti cum mucillagine psillii est tribuendus. Epar preterea in nocte in horis scilicet cum venit a cibo vacuus est. pannus sandali et aqua rosata infusus est suspendendus. Sumptis intra comestionem et vitationis principium. Legum tempus videlicet mutet tribus horis vel duabus antequam febris accedat. aut postquam recesserit. hic autem eger ab omnibus cibis calidis est abstinendus et in loco frigido sit semper eius mora. Quod si febris est magno calore et ardore eruditur ex suco cucumeris saraceni aut cucurbite aut citruli. et ex mucillagine psillii cum malis granatis aut iulep. plus erit dandum. et de aqua ordei plus bibendum. Si vero dies plurius fuerit aut eius cibus non cito eligitur. non convenit tibi ut ex aqua ordei trium et tribus post solis occasum. trocisci quoque de camphora condite cum sirupo acetoso de zucco in potu sunt dandi in mane ante quam ordei sumat per duas horas aut minus per i. horam. Cumque febris egrum dimiserit. nec ex ea in ipso aliquid remanserit. adhuc eodem regimine quo prius per febrem per tres dies erit regendus. quibus transactis pullina caro aut cetina danda. Initium tamen a balneo et sole et vino est abstinendus. deinde ad consueta reducendus.

Hec febris de genere est tertiane ea tamen fortior. de causone. et maioris caloris. que quidem una die fit validior. alia vero minus valida. A corpore tamen non separatur. nec orripilatio cum ea accidit. nec sudor. non cum recedit. Alia autem tertiana ne accidentia sunt cum ea. vehementiora tamen et firmiora. lingua preterea ac labia citrina fuerit. aut denigrantur aut absque dubio exasperantur. Si febris non valde fuerit fortis. In huius vero febris curatione tali indigemus regimine quale in tertiana predizimus est tamen in ea plus studendum. et diligentior cura est ei adhibenda. Propter quod hic est fortior illa et maioris incendii. Egro quaque nocte ex apozimate prunorum et tamarindorum quod prediximus est tribuendum usque quo venter cotidie bis aut plus aut soluatur. trocisci quoque de camphora cum succo rosarum aut cucumeris saraceni. aut ptisana semper in mane dentur. In die vero omni hora assidue cucurbite aut citruli loco sucus ei tribuatur. et exinici panis ablutis lacti aquo butyri sit ablutum cum zuccaro a myxa regatur. Quod si pax comedit aquam ordei trium sumatur sicut hostendimus. Aqua autem quam illi in potu ministratur pax psillii admisceatur. et expressus mucillagine cum iulep. aut suco granati in potu sumat. Asperitas vero lingue cum panno lineo fricetur. de inde psillii mucillaginem cum zuccaro lambendo hauriat. Nucleus quoque pruni pax adhuc carnositatis retinens in ore tenendus dentur. Panni aqua rosata infusi epati ac cordi in pluribus super ponantur horis. Si eger in interioribus apostema non habuit. nec stomacus. nec epar debilia erant. clarum esset in columnis. ex aqua frigida super nive infridata multum in potu sumat cum calor valde accessus fuerit. de qua usque adeo bibat. donec eius viridis fiat et tremat. Calor enim febrilis ex hoc illico extinguetur. de inde sudabit et evadet. aut a febre liberatus erit. Venter autem si vehementer soluatur. ordeum confractum et ablutum et cum aqua coctum cum trociscis constrictivis de spodio dandum est. Sirupum vero acetosum et iulep et zuccarum vitet. Rob autem simplex de granatis acetosis et maturis citoniis acetosis dandum est et extra in capitulo omnibus de ventris constrictione diximus regendus. Quod si a vigiliis et capitis dolore leditur. sicut in hoc capitulum continetur medicandus erit. Nos enim in hoc nostro libro non ponimus curas egritudinum. nisi simplicium. Sed cum egritudines composite fuerint. ex propriis capitulis sic est curatio sumenda. Sit preterea in hac febre. et in omnibus continuis febribus nutiendi tempus. et cum eger aliquam sentit alleviationem non sentit. sit in hora qua solitus erat comedere dum esset sanus. aut in hora qua dies insensitur et reparatur. In interpolatis vero sit hora comedendi. longe ante eam accessione quanto plus possibile fuerit. aut post eam recessione. Nos tamen ostendemus quomodo sue nutritionis regimen observari debeat. cum de acutis tractabimus egritudinibus. si deus voluerit.

De febre conclusa sanguinis que sinocha vocatur asmatica.

Tempus in quo accidit

no

Signa pulsus

urina

quibus accidit

Quantum durat febris per se

vide Sarmas

nota de infrigerandi

Camfora

Tempus cibadi

De causone

Signa eius

nox

Asperitas lingue

Sol b

Tempus cibandi

[illegible]

De Sinocho

Hec febris incipit sine tremore ac horripilatione accidit. immo cum calore incipit et est cum ea inficies in oculis et auribus et naribus rubedo. et tristicia et inquietudo. et inflammatio fortis. et inspiratio magna et frequens. Hanc preterea febrem ante quam accedat hec signa precedunt. egro namque adest in corpore gravitas et extensio et pigricia. et dispositio que lassitudini assimilatur et insompnietas superfluitas et amentia. et in capite gravitas. et frequenter in fronte et temporibus. Venarum quoque exuberatio et guttagi videtur. et pruritus in naribus. et in locis ubi ventosas apponere consueverunt sentitur. Hec quoque febris accidit adholoscentibus corpora habentibus humidis humoribus et eis qui ex carne et confectionibus de melle multum comedere et multum vinum bibere consueverunt. Contingit autem sepius in yeme et vere. Cumque corpus hac egritudine pacientis tangitur. sicut corpori de balneo exeuntis sentitur. aut qui super corpus suum multum ex aqua calida fuderit. Pulsus in hac febre magnus et sentitur et frequens. et urina rubea et grossa. Cum ergo in hac febre hec signa apparuerint aut plura ex eis. festinandum est ad egri minutionem faciendam. in qua ex sanguine multum est extrahendum. Ex hoc enim extinguetur hec febris. Si autem non prius subveniatur quam lingua nigra fiat et supervenerint accidentia causon. eger ut in ea diximus regatur. In hac tamen febre ei qui sanguine repletus manus sit danda si aut rob quod fit de suco uve acerbe. et de acetositate citri. et ribes et aceti. et malum granatum. preterea ad regimen egri subtiliandum est diutendum. et ad multam ipsius comestionem claudendam. Si quis autem egrum in sue egritudinis principio invenerit et flomia cepit. In potu preterea aqua frigida tribuatur et mixta de cisora et si necesse fuerit veniat ex apozimate prunorum et tamarindorum et zucco solvatur. aut exsilico solvatur. aut exsilico solvatur granatorum acetosorum et pulpa sua et zucco. Postquam vero febris recesserit. a carne et confectionibus que ex melle fiunt abstineat et vino donec ipsius sanitas sit confirmata. Hec quoque febris est continua tamen interpolata. nec vocatur triana. nec cum ea est aliquid exsiccationis et inflammationis et acuitatis quod cum causonide. nec in principio extinguatur. Hec preterea tres habet species una est in qua a suo principio non cessat augmentari malicia usque quo veniat crisis aut eger moriatur. Alia vero est que semper in una moratur dispositione. Tercia quoque est que cotidie a suo principio minuitur. Illa autem que semper augetur plus indiget minutione quam alie postquam ea que minus est timoris. sed eget. licet et tercia ei non sit prohibenda. Ille tamen due plus indigent et frequenter ea que est cum augmento semper. De febre que cotidie invadit et vocatur flica.

De Cotidiana

Hec febris cum horripilatione et non frigore in dorso et extremitatibus incipit et tempus frigoris in corpore prolixum fit. et tunc calefit. nec cito pervenit ad inflammationem et calorem sicut triana. cum in imo corporis calefactio in hac febre cum plurime et labore accidit. et plerumque calefit. et iterum infrigidatur. post etiam calefit quod postquam multum fractum fuerit. manifestabitur calor et fit in toto corpore equalis. post laborem tamen. Cumque calor incipit protinus ex corpus spargi et equaliter non est fortis. nec purus. nec in corpore est lenitas in exitu. nec mordicatio ut in triana et causonide. nec sitis est cum ea. nec vehemens inspiratio. si cum ea fuerit vomitus aut ventris solutio. humores albi et pure flegmatici egeruntur. urina cum pauca colera. Facies quoque in hac febre tumescit aliquantulum videtur. et corpus arescit. et virtus appetitiva destruitur. Pulsus quoque in hac febre secundum velocitatem et spissitudinem multo minor invenitur quam in triana. et preter hoc est clausus. Accidit autem hec febris sepius pueris et mulieribus et eunuchis. et corpora habentibus humida. et eis qui multum comedunt et parum evacuantur. et parum exercitantur. et in patriis et regionibus frigidis et humidis. Urina vero in hac febre alba est et subtilis. aut rubea et spissa et turbida. et frequens in principio est in prima dispositione sed postea succedente tempore maliciam mutatur dispositionem. Eius quoque interpolatio in pluribus in recessione diei contingit. et iuxta noctem. nec cum sudore recedit. separatur. et frequenter in primis diebus. Sudor autem cum ea fuerit. erit paucus et viscosus. Remanet autem cum recedit febris. non omnino actualitate purificantur. nec corpus ad neutralitatem. immo reliquie ex ea remanent que in corpore sunt usque quod alia veniet accessio. hec rursus cotidie invadit in qua tempus paroxismi prolixius invenitur tempore interpolationis. et fit longa et mansiva. Que plerumque multis moratur mensibus. preter hoc quoque est mala et mortis suspectionem secum habens. Cum ergo in febre hec signa inveniuntur. aut plura ex eis. Sciendum est ipsam esse flaticam. festinandum est ergo et a prima accessione huius febris sirupus acetosus de melle cum aqua tepida est dandus ad bibendum. quem si post ortidus est vomere. non tamen cogendus. Ideoque ex eo multum bibere debet de vomitu vero. ita sit ut res habitur. Sed autem non est fatigandus. et hoc modo omnino mundificet et ut prius investigetur. Gemochermie quod fit ex turbith quamque necesse est ei dandum quod recipe turbith fricati et enbellici et bellirici cum panno sericino qui vocatur ozile ʒ x. mastic. ʒ ʒ. ambor. ana ʒ i. zuccari quantum de omnibus exit quamque necesse pondus autem i. in potu detur nisi venter ad naturam hec aut amplius in medio die et noctem solvatur. Cumque mane factum fuerit. zelengebin de zuccaro ʒ v. et dimidium sed tulli eo post hec sirupi acetosi de melle colati ʒ i. et tribuendum hora quoque comestionis ab hora accessionis extra possibile fuerit est elongandum. Nutriendus vero est eger ex aceto solo ablutio et zuccaro et pauca micis et ex holeribus hiis similibus et acciamibus et simulis est abstinendus. Gallis vero in comestione utatur que ex aceto et almuri fiunt et regatur extrachelibus sicleis et extremitatibus eschitis ex aceto solo et almuri et sinapi. et aliis hiis similibus. Regatur quod eger sic per ebdomadam unam et si febris longitudo et accidentia minorari viderint. et hora sue invasionis retardari compiatur. ita erit regendus. Si autem invenietur augeri aut stare eger ex hac confectione solvatur. quod recipe turbith ʒ i. succi absinthii ʒ i. quarta. coloquintida ʒ i. sexta. agarici ʒ s. mastic. ʒ i. sexta. Conficiatur cum sirupo acetoso mellito et detur egro. deinde ad prius regimen est redeundum. quod si eger virtus debilitata fuerit. pulli assati et pani in patella dentur. et sepetur auere et mas. et si non supervenerint aliqua accidentia. aut fortis nausia ex eis qui cor capiunt nominantur curetur. Similiter quoque si mala accidit complio ut diximus subveniatur. Si autem febris quartam transierit ebdomadam. de trociscis rosarum completis in potu tribuatur. trocisci autem de rosis sic fiunt. Recipe pulveris rosarum rubearum ʒ x. succi eupatorii ʒ vi. succi absinthii ʒ iii. mastic. ʒ i. et s. spice. asari. floris squinanti asari. omnium ana ʒ i. Informentur trocisci quorum quisque sit ʒ iii. ex quibus unus cum ʒ i. huius apozimatis detur. quod recipe corticum radicis apii. et radicis feni. ambor. ana ʒ x. seminis utriusque ameos. cuscute. anisi. bedeguar. sice chalya. omnium ana ʒ v. coquatur in aqua lib. i. tunc ad medietatem redeat. et misceatur cum eo cum ʒ i. sirupi acetosi. et cum predicto trocisco detur. Egro quoque inter omnes duas horas noctis medietatem de turbith semel detur. ut venter moveatur. Si autem febris adhuc fortis fuit cum alia confectione solvatur. Carnes quoque et lagie et mutagenat detur ne virtus dissolvatur. Carnes vero et abuctuose et confectionibus que ex melle fiunt custodiatur et observandum

Urina

Sudor

dum durat

de pulvere ex turbit laxativo

Trocisci de rosis

Apozima optimum

Dieta

est ne aquam frigidam minime infrigidatam. paciens in hac feb-
re bibat. neque aliquid eorum que ei similia sunt cerebus
frigidis. quia enim si neglexerit febris fiet longissima.

Hec febris cum tremore adeo **de febre quartana.**
vehementi incipit. videntur quod frigere fracti et concutere
fuerunt quorum atque ossa dolent ac si aliquid super ei foret appen-
sum quod ei gravaret et pateret. Estque dispositio tremoris huius
febris sufficiens ad ipsum significandum. Non est enim talis tre-
mor in aliis febribus. pulsus autem in inceptione huius febris. exp-
uitate ac debilitate. raritate quoque et tarditate admirabile
pervenit dispositionem et si quis revelatus fuerit pulsus in firmi-
tate erit dum sanus esset. non indigebit alio signo in cog-
noscendo alio signo quod febris que incipit sit quartana. nisi illud
quod exercitu venerit ei manifesta habitudine de super fluitate debilitatis
et tarditatis et paucitatis ac minorationis. et quilibet sit grossum
ipsi pulsus febris flegmatice. Hec autem cum calefit et accenditur
valde cilior existit quam flegmatici. Non tamen ad calorem pervenit
terciane. nec tanta sitis. nec tanta inflatio. nec tanta esuatio. nec
tanta inquietudo. nec tantus dolor capitis. nec tamen alienationis
invenitur in hac febre quantum in terciana. Hec autem post longas feb-
res quarum circuitus planeti fuerint. sepius sigere consuevit. et
autumpno. et in fine estatis. et complexionibus hominibus siccis. Urina vero in
hac febre alba apparet et subtilis. aut appropinquat rubedini
et plerumque est clara. valde et cruda et grossa. aut rubea. propter-
terea si in hoc tempore multe febres quartane multis accidunt secu-
re credendum febrem esse quartanam. Cumque vero in hac febre rubea
et spissa urina fuerit. et corpus rubeum et vene plene. ergo ex basi-
lica minuatur. deinde totum regimen quod convenit ei adhibeatur. Si
autem hoc non fuerit vimus aliqua medicine que colam expellant nigram.
ex his que in capitulo de melancolia nominavimus detur. et medicina
quorum movens in sequenti die post febris laborem danda est. Cum
accessio incepit. sirupus acetosus cum multa tepida aqua.
est tribuendus ut eger ut ipsum evomat hortandus est. Quod
si vomere non potest. fiela et sinapi et salsa [illegible] sibi danda
sunt. Cui ubi siruptis. vinum multa aqua [illegible] bibat de
super. deinde sirupus acetosus in quo [illegible] fuerit infusus in
potu sumatur. in aliis quorum diebus vomatur. et regimen ei applicetur.
et de carnibus pullis et edorum et agnorum animalium [illegible] celat
autem tamen comedat holera. cum almini et oleo [illegible] et aqua cali-
da super se fundat. et [illegible] sedat antequam comedat. In balneum
quoque mutetur est in quo tamen non sudet. Laborem tamen atque vigili-
as minus solito paciatur. Somnum vero et quietem augmentet assu-
escat et vinum subtile et vinum [illegible] bibat. Dolo quoque vetere
assidue per unum diem antequam accessio veniat ei adhiben-
da est. Sed vomitus in die accessionis est claudendus. Aliis vero
diebus qualiter nutriatur et corpus ipsius humectetur est pre-
segendum. et est considerandum an febris et suis accidentibus et sue
accessionis longitudine videatur minorem. Ergo vehementer
est evacuandus. Quod si in ultimo fecerit fuerit non permanebit
febris. quod si ultra .xl. dies prolongata fuerit. ergo cum reliquis
medicationibus illius que diximus ad magnitudinem nucis de
athanasia [illegible] cotidie inmane est tribuendum. et remedium
[illegible] quod fit dari ad magnitudinem avellane dandum. Quod recipe
se. foliorum rute sicce. piperis. omnium equaliter. misce quod suffi-
ciat [illegible] sumatur ex hac medicine quantum est avellana
in hora dormiendi. et eger post ipsum dormiat. Balneum preterea
ingrediatur et sudet. ideo non tamen in die accessionis. Vinum vetus
et purum bibat. et si fuerit tempus estatis et corpus macrum et gracilis. melius
erit. ne excellentis medicinis detur. et cerebris nutriat humectans.
Vomitur et in prima accessionis in die qua cum in festat febris est sim-
po acetoso et aqua tepida provocetur. **De febribus compositis.**

Terciana. quartana. et cotidiana. plerumque fortasse non remo-
ventur. sed permanent semper. In hora tamen accessionis fiunt fortiores
postea repriment. Non tamen separatur ita ut corpus ab eis sit li-
berum. Sed inde iterum ut prius in hora accessionis invalescunt.
Accidentia harum febrium eadem sunt que respiciunt excepto
quod cum tremore non incipiunt. nec sudor in toto corpo-
re est cum istis nisi cum recedunt. maria enim illarum istarum
est maria. sed est in quantitate maior. et inquilitate deterior.
et plus timorosa. Eidem igitur cura istis subveniendum est. Ille.
medicus tamen in harum curatione magis studiosus et frequen-
tibus esse sollicitus. quam in predictis. **De febribus compositis que paroxismos faciunt. v. vel vi. die seu per amplius tempus.**

His febribus laborantes in singulis
accessionibus per unam diem antequam sunt solvendi. et in die acce-
ssionis ut evomant elaborandum. et post ista regimen quod in capitulo
de febre flegmatica nominavimus est. Cura eorum obfuscandum est. si eger
fuerit grossus. et comedendi avidus et gulosus. Si autem fuerit sic-
cus et macer. ex eis que colam purgant nigram. est solvendus. et post hoc regimen
quod in quartana diximus est. Cura eorum obfuscandum. Inveniuntur
vero que certos non observant paroxismos. fiunt autem propter apostema
quod in aliquibus membrorum fit. et precipue in renibus. aut quod in quanti-
tate [illegible] est. difficile tamen in [illegible] eius est quod cum prima est dolo-
ris in aliquo membrorum. aut in suis subdorso. aut in [illegible] ossibus
est lesio. Cum alia vero nichil horum invenitur prime quod
curatio est [illegible] infirmum sanare. quod fiet observando
ea que declaravimus in locis ubi de his tractavimus. Sed [illegible] autem
[illegible] semel evacuando. et alia vice calorem reprimendo.
quod ideo fieri convenit. ne humores [illegible] magis adhuriant.

Si cum febre **de regimine febrium in quibus calor et frigus**
[illegible] in lingua fuerit nigredo. et inspiratio **in una disposicione remanet.**
magna. et sitis multitudo et estuatio. fuerintque corporis superficies
frigida. erit significatio mala. Similiter que si extremitates corporis sup-
erficies fuerint frigidissime. et febris fit propter apostema quod est in inte-
rioribus. Ego cum tunc in hoc sermone. de hac tamen specie loqui
nolo. immo de omni febre in qua cumque corporis superficies
fuerint frigide cum qua eger frigiditatem et fractionem et febrem et ali-
[illegible] et solicitudines sentit. et pulsus est velox. et inspiratio similiter.
et calor continuus sentitur intus nec in [illegible] exigere
febris flegmatice erit [illegible]. Quod si in superficie corporis fuerit
calor febrientis. et pulsu tamen non sit velocitas nec in spiritu
sit spissa nec magna. nec eger ex calore febrili aliquid
magnum sentiat intus. immo tamen calorem et [illegible] et frac-
tionem in superficie corporis sentiat. fuerintque hoc cum [illegible] sirupus
acetosus. et [illegible] de zucaro egro detur. et ex aceto et oleo
amigdalino nutriatur. Balneum quoque conditione ingrediatur in quo
parum sudet. et multum ex aqua calida super eum fundatur. Que
si suffecerint. bene erit. et si non [illegible]
erit solvendus. et ad regimen erit redeundum. Quod si eger [illegible]
pilationem cum inflamatione senserit magnam. et inspirit propter
hoc inspirationem calidam. et pulsus fuerit velox. et senserit
calorem prius. et illud post frigus. aut prius frigus et post statim
calorem. [illegible] zucaro est solvendus. trocisci quoque [illegible] prius et trocisci
de spodio cotidie ponere [illegible] cum sirupo aceto de zucaro
et succo granatorum dandi sunt. Descriptio autem trociscorum
de rosis qui prius diximus ista est. Recipe pulveris rosarum rubearum ʒ.
x. spice nardi. succi liquiricie. amborum ana ʒ i. seminis citrullo-
rum. [illegible] ana ʒ ii. ex his cum [illegible] conficiantur et
formentur trocisci. et sumantur in potu. Descriptio trocis-
corum de spodio. Recipe spodii ʒ x. rosarum rubearum ʒ iii. seminis
citruli. se. lactuce. seminis cucurbite. omnium ana ʒ v. succi
liquiricie. [illegible] amborum ana ʒ v. ex mucillagine psillii
conficiantur. et fiant ex eis trocisci et bibantur. **De cura tre-**

Cum cum fuerit aliquis timor **moris cum quo non calefit eger.**
et cum in [illegible] supervenerit. nec calefit. immo eorum ad primam
redibit dispositionem post aliquod tempus. ab inchoatione
sua ad dispositionem suam. propter quod non consequatur ipsum febris.

Ergo ex eis que diximus in capitulo de febre flatica est cu-
randus. et ipsius regimen subtiliandum. et omnia que fla-
tus sunt generativa sunt prohibenda. Hoc preterea eger per doru-
itionis et in hora illius tremoris deambulatione utatur. et si hic eger
tardo cum utitur perseveratum exercitium usque ad advenie-
ntem illius magnitudinem ante horam tremoris dandus est. de-
inde exterius cooperiendus. et sapiendum est ei. ut vehe-
menter moveatur coopertus ne sepe volvatur. quod si cum
venit ut sudet et tremor removeatur. cerotum quoque de costo
est inungendus et aqua calida in potu multociens est ei tri-
buenda. Eger quoque coopertis dorso et capud ex liquo ex-
osso pino. faciem quoque aquam calidam ponat. cuius
vaporem in facie recipiat ut sudor provocetur. et donec re-
moveatur. vinum tridem forte et purum cum pipere in potu
tribuatur et tremor removebitur. De febre sinco[pali]

De febre sincopali.

Quandoque febris alicui supervenit
que secundum maiorem partem in die tua potissimum fit. cum
qua facies egri cito fit tenuis. et corpus macrescit. sunt
quoque que in pulsu attenduntur. cadit post unam aut duas
accessiones. Quod si accessio amplius advenerit. producetur
eger ad sincopim post ipsam. et fortissime moveatur ...
hec vero febris in corporibus semper generatur que sunt oppiloses
in ultimo calidis et siccis. Cumque hoc visum fuerit. egro su-
...um est. aqua ordei in potu tribuenda. cum qua ad-
granati musi est admiscendum et clandum. Eger quoque in
loco dormiat ventoso. et camisiam induat que aqua rosacea
et sandali sit infusa. venter et latera ex sandalis et aqua ro-
sata liniantur. et assidue panem sumat nutrimentum exercici-
panis similaginei in suco granati musi infusa. et fructus
cum et similium. ex pullis quoque cum suco uve acerbe con-
ditis. et cucumeribus et citrulis. ac pruneis et fructibus frigi-
dis. et aquam frigidam bibat. Cum quoque acce-
sionis sit principium. sucum granatorum in quo panis de
simila sit infusus in potu sumat. aut aquam ordei. Quod
si cum circuitus incepit antequam aliquid detur supervenit
sincopis. os egri in illa erit aperiendum. et elaborandum ut aqua
in qua pulvis corallorum sit infusus aut ptisanam trahiciat.
Si autem sincopis fuit fortissima in ... ut pars ex ro-
sell pulverizatis cum vino subtili hinc aqua frigidam suc-
ciatis [infrigidatis] ... trahiciat. Custodiendus est preterea ab aere
calido et balneo. et labore et vigiliis atque ab omnibus que cum
calore possunt. Ex aqua vero frigida est lavandus toto tempore mut-
andus. et si accessionis hora affuit. Si vero febris calidis
endus. et si accessionis hora ... febris calidis
cum incepit vehementissima fuerit cum siccitate. Lac
de quo butirum sit extractum cum trociscis de camfora in potu
sumat. De febre que est ex humorum crudorum multitudine et cum lipopotomia.

Sepe febris aliquem invadit et cum lipotomia
que secundum magis potissimum ut flegmaticis facit. in qua cor-
pus mollificatur. et facies tumere incipit. et si corpus non fuit
nutritum hic cumulatum supervenit egro in sincopis. et si nu-
tritum adhibetur mollities consequetur. et febris fiet vali-
dior. et in longum protrahetur tempus. huius itaque febris curationis
principium est ut eruta egri a genibus usque ad pedes cum pan-
nis qui inter lenitatem et asperitatem sint medii. fricentur de-
nique in quibus sublinitur vide muntur. de modo ... tenendus est. in quibus sublit-
rubere videantur. ... fricatio invehemens equalis. post hoc quoque manus eorum ab-
scessu usque ad ulnam ad pectorum similitudinem sunt frican-
de. de in pectus et dorsum. postque omnia ad pectum ac alior-
te. de in pectus et dorsum ... Cumque hi
membrorum fricationem sicut posuimus est reddendum. Cumque hi
mori paciens sint passius fuit. oximel in potu sumere con-
venit. faciem quoque cum hoc fuit. aqua ordei et panem. atque ydro-
mel mixtum zuccaro sumat. Cavendus quoque est ne aqua
frigida detur. Corpus autem inter fricationem et sompnum patiendum est.

ita ut medium reputatur fricationi. et medium sompno et quieti.
Hunc vero egro si cum solam ptisanam sumit non debilitatur.
aliud non est dandum in ipsa. et panis cum ydromelle.
Si autem debilitatis fuerit cum cibis quos in febre predixim[us]
flatici. erit nutriendus. et si venter constringatur. co-
llium ex suco sicle et nitro. supponendus est. Egro quoque omni
mane preter suspicata. predictus decoctio[ne] aut seminis api.
cum siruppo acetoso est dandum. Qui hoc modo usque
sanetur regendus erit. De febre que accidit propter apostema.

Febris que sequitur apostema quod accidit ex pessi-
one. aut cum ... aut horum similibus. de genere est effimere.
non est enim putrida. nec sit inde nocumentum. nec malicia
que vero comitatur apostema quod alicui in membrorum in-
teriorum in nasceatur. mala est. timoris enim magnitudo an-
putris qui fit de ei huius est. Existit ... in illo membro. febris
quoque que ipsum sequitur. est secundum apostematis magnitudinem
et ipsius quantitatem. febris vero que comitatur apostema quod
fit in panniculis cerebri. est mala. Ipsa namque est frenesis.
Cuius significationem et curam iam predixim[us]. Illius vero
que accidit propter apostema quod inguinum. et huius partibus oritur.
ex vero ... sinochia. ... noluimus. febre vero que fit ex apo-
stemate quod oritur in intestinis hanelitus. aut quod fit in carne que
est inter costas et in panniculo qui ibi sunt. et in ... frigma
et est pleuresis. et quod oritur in panniculo qui pectus in longitu-
dinem dividit et ex peripleumonia. ... in predictis de mon-
strantur. Ex eo tamen quod principaliter generatur in pulmone.
provenit hanelitus maior et spissior. et venit rubedo. tus-
sis quoque cum eo accidit cum qua excreatio sputi spumosi
advenit. quam et iam noluimus. Cum vero febre que fit propter apostema
quod generatur in mente. est dolor cum scipulum gravedine.
qui in hora transglutiendi gravior sentitur. ex febre
quoque que propter stomachi apostema accidit. provenit dolor et inflammatio
in ... partibus ventris. ex in fiori... Ubi pleu-
ra dolor et apostema cum est magnum sentitur. quod si non est
magnum dolor in loco illo ventris sentitur est ... Ad
hoc etiam ... apostemate sitis. et appetitus eius. Similiter quoque
si in aliquo intestino fuit apostema. loco ventris in quo
est. tactu sentitur calissimum cum quo sepe venire ... frigo-
ra. Cum autem contingit apostema in epatis generari. sequitur febris
fortissima. et sensuum turbatio. et urine constrictio. Sinautem
ex quo cum calidum fuit apostema. febris comitatur acutissima. scilicet
causon. et sensuum turbatio. Omnes autem febres que propter apostemata ge-
nerantur removenda sunt per evacuationem apostematis. quod fit aut mi-
nutione. aut emplastri suppositione. et preter hec evacuatione quam in
apostematis scripsimus capitulo. febris enim sequitur illud apostema
dum est calidum et ardens. Removetur vero febris. aut est calor
ipsius sedatur. aut cum lenes adiunantur.

De febre pestilentiali.

Febris que ex aeris corruptione in principio multa in esse acutis.
generatur. non videtur in principio multa in esse acutis.
nec calitas. cum tangitur eger. Sunt tamen in oculis corporis
partibus et in ipsius profundo magni nocumenti. et sic de corpore
et vehementis operationes. et sunt febres lente et tepide. Sunt adiu-
se. Cum hanelitus. et quicquid a corpore egreditur valde
fetida sentitur. his vero febribus laborantes tribulationem ma-
gnam et siti vehementer paciuntur. eorumque hanelitus au-
gmentatur. et sic spissus. Ex quorum corporibus cum vomitu
et egestione res fetida egreditur. et insolita. deinde in-
cipit eis supervenire sincopis et moriuntur. In hac igitur
febre curatione incedendum est aquam frigidam dando. et rob
ex fructibus acetosis et stipticis. ut est rob quod fit ex granatis
et ex suco uve acerbe et piris. et maciannis. et citri acetosi
te. Quod si nullum istorum habeatur. aceti est aqua eque dandum est.
et lac acetosum cum farina ordei. Atque lac valde acetosum.
ex quo nutriatur. Hac preterea laborantes passiones aliquo

Causa pestilencie ... aer corruptus et putridus ... [illegible]
[illegible]

Nota ... [illegible]
[illegible]

De febribus que eveniunt ex apostemate

Nota ... [illegible]

De febribus que ex pestilencia fiunt

De febre sincopali

De febre quotidiana ... [illegible]

Membris ... [illegible]

Et apostemati quidem calido confert flomia cephalice. deinde uentosatio subito. et gargarizatio cum aqua et aceto. deinde omnia que conferunt alcola. et sinantie. et sinantie que est cum calitate sed que dicemus. Sed illi que est sine calitate cum multitudine cursus saliue. conferunt illa que diximus in capitulo alcola cum quo non est rubedo et calitas. et que dicemus in capitulo sinantie flatice. ¶ Ad fixuras autem confert psillium cum zucco. et potare aquam ordei et cituri pedibus coctis. et fricare ipsam cum spuma que egreditur ex maluis cum inciduntur. et fricantur ad inuicem. et tenere dragaganti in ore. Et ulcerum silis est curatio in altola. ¶ Spasmi autem qui est in radice eius. et est eius signum quod abuiat lingua et ingrossatur. cura est gargarizatio cum oleo de aneto. et oleo camomille et linire. uel embrocare ceruicem cum aqua calida. et inungere caput in oleo aliquo ¶ Et grauitas quidem lingue. est ex eis que accidunt post uirsem et si fuerit antiqua non sanatur. Et confert ei que non est antiqua ut fricetur sub ea cum salgema. et cum sale amoniaco. et omnia que faciunt currere saliuam extra. Et si fuerint incipientes in ea. et fuerint signa conturbationis motus graues cum ei. confert ei cura paralisis frigide. Et fit propter abuiationem ligamenti. et oportet ut incidatur illud ligamentum et ponatur super ipsum attramentum tritum. et signum eius est quod est adherens cum extremitate lingue extra. Et fit propter ranulam sub ea. quare oportet ut scindatur et extrahatur. si fuerint magna. et si fuerint parua fricentur cum medicamine acuto. quod est ad gingiuam sanguinolentam. ¶ Magnitudo autem lingue. ita ut non capiat ligamentum in ore. fit ex multitudine humiditatum que imbibunt eam. Et signa eius sunt prolatio eius extra. et retentio sputi in ea. Et oportet ut fricetur in eadem ore cum cepe. aut cum acetositate citri. aut similibus ambobus. adeo donec currat extra saliua. quoniam ipsa flectetur. Si igitur sufficit bonum est. et si non fricetur cum sale armoniaco. Et G. quidem dixit quod magnitudo lingue fit ex uentositate uaporosa implente ipsam et inflante. Et cura eius est euacuatio cum medicina soluta. sicut sunt pillule cochie. et positio frigidorum infrigidatiuum super ipsam linguam. et gargarizatio cum aquis infrigidantibus. et differentia in capa molle flatuum et inter inflamationem et uentositatem uaporosam. est quod inflatio non flectitur cum premitur super ipsam digitis. et flatuum flectitur. Cap. liiij. De sinancia.

de ranula

de sinancia

Fit ex multitudine sanguinis sine malitia in ipso et signa eius sunt rubedo faciei et oculorum et tensio totius corporis. et antecessio ciborum generantium sanguinem. et multa repletio corporis sicut sunt lac. et dactili et uinum. et cetera. Cura eius est flomia cephalice. deinde gargarizatio cum aceto et aqua et sirupo acetoso de zucco. et rob de moris. et aqua granatorum acetosorum et rob pomorum acetosorum et infusione sumac. et solutio eius est aqua fructuum. ut prunorum et tamarindorum et cassiefistule et tamarindi. et gargarizatio cum rob de nucibus. et aqua coriandri humida usque ad tres dies. et post tres dies gargarizet cum dulci lacte. in quo dissoluta sit medulla cassiefistule. tunc si iuuatur per hoc bonum est et si non. ponatur in omni libra aque ficuum decoctorum ʒ.i. baurac et mirre ʒ.ij. dissolute cum decoctione fenugreci et dactilorum. Et emplastretur guttur exterius sicut est eius circuitus cum rebus trahentibus ut attrahant materiam ad exteriora. et assiduetur illud. quoniam dilatat guttur. et si fortior sit res et constringit ualde guttur. tunc insuffletur in guttur ex hoc medicamine. cuius confectio. Rx seminis armel. et seminis rasani et asse fetide. et baurac armeni. et mirre et salis amoniaci. partes equales terantur simul cum conficiuntur. et tere alcohol. et suffla in guttur. Et si locus conglutiendi stringitur. pone super ceruicem uentosam magnam. quoniam conglutinet. et aperietur dum permanebit uentosa super ipsum. da ei in potu aquam ordei. deinde tenta uentosa. Et si due uene que sunt sub lingua sunt plene flomabis eas post flomiam cephalice. Si autem apparet apostema in gutture intus. scalpella uel incide ipsum post flomiam. Et fit ex colera et signum eius est quod non est cum ea de uehementia prefocationis. et incendio et calore. quod est cum sanguineo et sunt simul et inflamatio et dolor fortior. Et cura eius est post flomiam gargarizatio cum eis que dixi. et sumere in potu aquam ordei et mucillaginem psillij et aquam melonis indi et assiduatio gargarizationis.

¶ Et fit ex flate. et signa eius sunt multitudo cursus saliue. et paucitas doloris cum constrictione loci conglutiendi et paucitas rubedinis faciei. Et cura eius est si in firmitate fuerit stricta. ut cito succurras ei soluendo cum cochiis. et clisterizando ipsum cum clisteribus calidis predictis in capitulo apoplexie. et faciem gargarizare cum incipit egritudo est sicut aceto. millino. aut cum muri nabatino aut aqua mellis in qua iam libra posita est ʒ.i. sinapis. aut cum sirupo aceti. et aqua rasini expressi et cum decoctione ficuum et baurac. et suffletur in guttur baurac. et asa fetida. et sal amoniac. Et quoniam accidit sinancia post percussionem super uertebre colli. Et cura eius est flomia et reliqua que diximus. in capitulo sinantie sanguinee. quod si flebotomat spondiles colli et constringat guttur uehementer. tunc cura eius est ut fiat ei instrumentum sicut lingue fistula. et intromittatur in gutture. et subleuatur cum eo locus coartatus. Et quoniam accidit hec coartatio in uno. propterea quod apostema attrahit spondiles et non confert tunc hec cura. Et confert ad constrictionem gutturis et sinantiam cum ... extr... cum sale amoniaco. et stilli... stercus canis album. qui comedit ossa cum exsiccatur. et tere. et conficiatur cum melle. et liniatur cum eo guttur. Cap. lv. De tusse.

Fit tussis. aut propter aliquid quod est in pulmone. et est necesse quod egrediatur quod est autem sanies. aut sanguis. aut humor grossus. aut humor propter rem subtilem acutam descendentem ex capite. super commouentem canam pulmonis. aut propter humiditatem sui ipsius. aut propter siccitatem eius. aut propter calliditatem eius. aut propter ulcus aut apostema in ipso. Et apostema in ipso est aut apostema sanguineum. aut colericum. aut apostema ... flaticum. aut durum aut propter aerem frigidum cante pulmonis. et illa que fit propter rem in pulmone quam necesse est exire. et est aut sanies. cuius signum est quod ... post pleuresim. et dicam curam eius in capitulo pleuresis. aut est humor grossus. cuius signum est quod est ptisim. Et cura eius est cum decoctione ysopi sicut est sicce extra eis que dicemus. et oportet ut sumas decoctionem ysopi sicut uenit sicce ita quidem ut commisceas cassiefistule cum ea. Et si fuerit leuis. ut diureticis eam ... omnino in ea. Et autem que fit fortis propter in nocte et post sompnum. Cura est ut detur in potu sirupus papaueris et gargarizet aquam sompnum cum aqua in qua decocta sunt folia rosarum. et lu... et nil ... aut nabatte. Et teneat in ore suo has pillulas quarum confectio. Rx amili. et dragaganti. et amigdalarum dulcium corticem excorticatarum. et fabarum excorticatarum. et seminis papaueris. et corticem eius. et gummi arabici. et boli armeni. partes equales. conficiantur cum mucillagine psillii et mucillagine citoniorum granatorum. et fiant ex eis que sunt sicut luppini et teneantur in ore. Si igitur sufficit illud bonum est et si non. fiant thuris masculi Rx.i. et mirre et opii. et croci. omnium ana ... .i. et succi liquiritie ... .i. et fiant pillule pondere sexte ʒ.i. et sumat ex eis in nocte a tribus pillulis usque ad quatuor. Et fricetur caput in balneo postquam abraditur cum panno aspero uehementer tam diu. donec rubeat. et ... omni die. Si igitur sufficit bonum est. et si non. radatur caput et liniatur ex sinapi confecto cum decoctione ficuum. et dimittatur donec uesicet cutis et apiant uesice et non consolidentur spacio longo. et cauterizet locum commissurarum. et ... super illam que est in medio capitis et non consolidet in tempore longo. Et non negligatur hec tussis. quoniam ipsa multos perducit ad ptisim. Et quod cura confert omni ... capite descendit ad pectus eius cauterio super aut ad stomachum et fit cum ad solutionem. aut ad oculos eius et fit cum dolore et ulceratione eis. Et fit ex humiditate pulmonis propter flatem et ... et signa eius sunt multitudo sputi et habundantia eius et propter post sompnum et uiscositas flatus in gutture. et commotio omnis cum eo in pluribus dispositionibus eius. Et cura eius est ut decoctionem ysopi in potu sumat. Si igitur sufficit bonum est et si non. euomat. et soluatur cum yeralogodion et que diximus ex illis que scripta sunt cum ea. Et detur in potu pillulas de hoc medicamine. cuius confectio. Rx seminis feniculi et seminis apii. et radicis lilii. et ysopi. et capilli ueneris et seminis rasani omnium ana ʒ.i. et ficuum siccarum .x. numero. et dactilorum. tunde decoquantur cum duabus libris aque donec remaneat libra .i. et detur in potu omni die circa media libra. tunc si sufficit bonum erit. et si non. fiat in potu de hoc confectione. cuius confectio. Rx succi liquiritie ʒ.x. et ysopi sicce et capilli ueneris et seminis urtice et yreos. et co...

7 amigdalarum amararum ouum ana ʒ. ij. asefetide ʒ. i. conficiantur cum
melle. 7 fiant inde pille. 7 teneant in ore. [¶] Et si tussis in nocte
prohibuit sompnum 7 faciat uomitum. curetur cum eis que educunt hu
miditates ex pulmone. 7 fiant post illud de his pill. 7 teneat eas in
ore suo nocte. quarum confectio. ℞ mirre. 7 storacis liquide. 7 thuris
masculi. partes equales. 7 opii quartam partem i. 7 fiant pille unaquaque
quarum sit pondus sexte ʒ. i. 7 sumat sub die. Et fit ex siccitate
pulmonis. 7 signum eius sunt quod est sine sputo 7 alleuiatur cum sorbitione ami
li 7 ante introitum balnei. 7 aufert sompnum 7 comestionem 7 potum
uini plurimi 7 multitudinem. Et fit fortis cum adest famis. 7 sitis. 7 propter
labor adest. 7 est cum ea super aliquid constrictionis anhelitus. aut parum aut plu
rimum. 7 illud secundum quantitatem siccitatis pulmonis. 7 ex tenuatione cordis
7 frequentia impulsus cum paruitate. 7 uelocitate. Et cura eius est ut in
potu detur aqua ordei si res iam peruenit in eo ad hoc ut febrat bis in
die. media libra in mane. 7 post tres horas 7 intromittat in ima
secundum sex horas diei. deinde cibetur post illud ex lisen. 7 cucurbita. 7 que sunt
uel similia. ex olibus cum oleo amigdalino. 7 detur ei in potu in tempore
sompni. mucillago psillii 7 aqua citrolorum in tempore suo 7 aqua cucurbite
7 alter aqua cum iuleb. 7 teneat in ore ex his pill. quarum confectio.
℞ succi liquiricie ʒ. x. 7 seminis cucurbite. dulcis. 7 seminis citrulli. 7 seminis por
tulace ouum ana ʒ. v. conficiantur cum mucillagine psillii 7 albugine
oui 7 teneat ex eis in ore. Et si non peruenit res adhuc ut febrat.
tunc cura eius est sumere lac in potu 7 comedere panem cum eo 7 potare
ipsum cum est sitis. 7 sit lac caprarum pascentium ordeum humidum. 7 que sunt si
milia ei ex hiis. Et fit tussis ex caliditate pulmonis. 7 signum eius sunt.
uehementia sitis. 7 magnitudo anhelitus 7 pulsus. 7 rubedo faciei est
anhelitu ascendentium uice una post aliam. Et cura eius est aqua ordei
7 mucillago psillii. 7 fiat emplastrum pectori cum cera. 7 oleo ui
olatio. in bibito in mucillagine psillii. aut aqua portulace.
aut aqua lactuce. aut aqua citroli. 7 que sunt similia illi. Et teneat in ore
suo pillas quas diximus 7 cibetur pedibus. 7 pull. cum cucurbita. 7 alkiski
7 oleum amigdalinum 7 bibat sauich de tritico cum zucaro 7 aqua uel fiat
7 assiduet emplastrare pectus cum eis que infrigidant. [¶] Et fit tussis
ex apostemate in pulmone. 7 est aut apostema calidum. cuius signum sunt febris 7 constrictio
anhelitus superflua 7 frequentia pulsus magna. 7 uehementia rubedinis
maxillarum. Et cura eius est flomma 7 reliqua cura quam diximus in
tussi que est ex caliditate pulmonis. 7 siccitate eius. Aut apostema molle.
flaticum. cuius signum sunt uehementia constrictionis anhelitus. absque plurima
caliditate. 7 non est rubedo in facie 7 multitudo saliue 7 sputi. Et
cura eius est in principio cura apostematis calidi dum cum eo permanet febris. Cum
que protenduntur dies. 7 sedatur febris 7 caliditas. tunc cura eius est uomitus 7 so
lutio uentris. 7 productio sputi cum eis que diximus in capitulo tussis anti
que que est ex humiditate pulmonis. Et fit apostema durum in pulmone. 7
signum eius sunt constrictio anhelitus secundum dies. 7 tussis sicca sine sputo
7 non est caliditas in pectore sit angustia. 7 est difficultas attrahen
di uentum. 7 quod infirmus sentit constrictionem anhelitus. deinde debilitatur pau
latim secundum transitum dierum 7 non est ei sanitas 7 quamuis alleuiatur parum. 7 pro
ducitur dies cum habente eam. Sumat in potu aquam mellis subtilem. 7
teneat in ore suo semper oleum amigdalinum 7 trahat ipsum paulatim
7 bibat lac recens multum. 7 fiat ei sorbitio ex ipso cum farina
ciceris. 7 inungatur semper pectus cum cera. 7 oleo in bibito mucillaginis
seminis lini. 7 confert ei adeps galline 7 adeps anatis cum come
dit eam. Et fit ex uulnere in pulmone. cuius signum sunt egestio
sanguinis aut saniei. aut cortices egredientes in tussi. aut
fit post sputum sanguinis. aut post pleuresim. aut post catarrum calidum a
capite 7 extenuatur cum ea totum. 7 comittatur eam febris ethica.
Et cura eius est. si non est antiquum. 7 ulcus est recens adhuc
7 sanguis egreditur in tussi. ut sumat in potu aquam
ordei cum cancris fluuialibus 7 sit dispositio cum lacta
dum non constringitur anhelitus uel pectus. Et detur tisa
de papauere. quarum confectio. ℞ seminis papaueris albi. 7 medulle se
minis cucurbite. 7 seminis citruli ouum ana ʒ. x. thuris masculi. 7
boli armenici 7 sanguinis draconis. 7 carabe ouum ana ʒ. ij. 7 mirre
7 cinamomi. 7 opii ouum ana ʒ. i. fiat trocisci. sumat in po

tu cum sirupo de papauere. aut rob mirti. Et si fuerit antiquum 7 euenit
ut saniei cum sonitu 7 stringitur anhelitus quando retinetur. tunc
detur in potu decoctio ysopi. 7 que diximus ex illis que educunt
hanc saniem. est enim dilatatio. redditur ad ista 7 aministretur cum
constringitur anhelitus. Et aministretur reliquum regimen eius quod est propter
siccitatem pulmonis ex una ellutione. Et si fuerit putrefactio
7 fuerit illud quod uenit ex eo fetidum cum expuit 7 fuerit plu
rimum habundans in pectore 7 guttur congregando. oportebit ut cum
eo quod educit saniem lauat eum omni ebdomada semel ʒ. i. mirre
rute cum tribus ʒ. mellis 7 suffumiget guttur suum in trafectorio
cum istis pill. quarum confectio. ℞ aristolochie. 7 mirre. 7 storacis. 7 thuris
partes equales. 7 arsenici rubei quintum omnium aggregantur cum butiro ua
ccino 7 fiant inde pille ut auellane. 7 suffumiget ex eis pondere
aurei i. Et hoc quod suffumigo confert tussi plurime humitantis
sine ulcere. [¶] Et fit ulcus siccum 7 signum eius est quod fit post sputum
sanguinis 7 saniei. deinde absciditur sputum 7 remanet tussis sicca
sine sputo. 7 est lesio cum ea. Et cura eius est sumere in potu lac
7 omnia que diximus in capitulo siccitatis pulmonis. Et fit tussis
sicca ex frigiditate aeris. 7 signum eius sunt quod excitatur cum uehemen
tia frigoris est. 7 fortitudo in hyeme 7 dura 7 sicca. Et cura
eius est sorbitio calidi 7 prohibitio ab attentione aeris frigidi 7 introitus
balnei.

lv. De sputo sanguinis 7 uomitu eius 7 rascatione ipsius.

Sanguis exit aut ab ore. aut fit cum uomitu. 7 est eius exitus a stomacho 7 par
tibus eius cum sonitu rascationis sibili. aut cum tussi. 7 est eius exitus
ex pulmone. aut ex pectore 7 finibus eius. aut cum rascatione. 7 descen
dit ex capite 7 ex uua 7 palato 7 finibus eorum. Et in curatione
quod eius qui egreditur cum rascatione 7 sonitu sibi sibili facili 7 paruo si
est parue quantitatis sufficit. gargarismus ex rebus stipticis. sicut quod fit
cum aqua ro. in qua infusum est sumac. aut rob agreste. aut agreste.
aut aqua citoniorum et similibus. Et si est plurime quantitatis est
ut flomer cephalica. deinde gargarizet cum istis rebus. Si
aut in loco ouis fuerit ulcus recens inuiscetur super ipsum thus 7
sanguis draconis. 7 teneat in ore aqua ro. in qua bulliuerit ei
pulle glandium. aut camesich quod est semen tamarisci. Et si fuerit
ulcus mali putridum curetur cura corrosiue putride. Et consideretur
sanguis qui egreditur uomitu. Et si fuerit plurimum. assiduat plurimis
diebus flomer basilica. deinde comedat res stipticas 7 glutina
tionem facientes. paulatim una uice post aliam uice. 7 propter si egerit
in uentre dolorem. inter utrasque scapulas. tunc oportebit ut
trahiciat aquam citoniorum acetosorum in qua dissolutum sit ad
thuris uncibus plibus. 7 comedat ex glandibus. 7 xilocaracteris
7 pistis cum suis interioribus. 7 agresta. 7 sumac. Et bibat de hoc
medicamine quod est confectio. ℞ boli armenici 7 gummi arabici. 7 balaustiarum
sanguinis draconis 7 thuris partes equales. detur itaque in potu cum aqua cito
niorum. aut aqua malorum 7 post cibus agresta. 7 ei similia ex eis que
stipticitatem faciunt 7 diuertet omnem caliditatem acutam. [¶] Et fit
quidem egestio sanguinis ex pectore 7 pulmone cum tussi. Et ille
qui est ex pulmone est multus cum tussi parua. 7 ille qui est ex pecto
re est parum cum tussi plurima. Sit igitur plurimum tuum studium in hac re
est eius timorosa producens in pluribus dispositionibus ad ptisim. In ea
propter igitur flomma basilice. deinde in potu ei da hanc medicinam cuius confectio.
℞ thuris. 7 sanguinis draconis. amborum ana partem i. 7 endiuie. 7 ca
rabe amborum ana partem s. 7 emathitis 7 terre sigillate amborum ana
partem i. 7 s. 7 aluminis 7 balaustiarum. tertias duas unius partis 7 de
ex eo pondus in potu ʒ. ij. cum pondere keratis unius opii. 7 kera
tate seminis iusquiami 7 citonii tertia ʒ. i. aut spice. aut costi
aut mirte. 7 gargarizet cum aceto. 7 aqua ro. in matutinis
7 uesperis. Et melius est ut detur ei in potu hec medicamina cum aqua
albedinegi. aut cum aqua portulace si fuerit cum eo caliditas. Et si
inuenit in pectore dolor cum sputo sanguinis. tunc line locum
doloris hoc medicamine cum nutritio precessit. 7 da ei ex ipso in
potu postquam confecisti ipsum cum uino.

lvi. De pleuresi 7 est arsise.

Fit quidem cum sanguine. cuius signum sunt rubedo coloris. 7 repletio pulsus
7 uehementia constrictionis anhelitus. propter multam repletionem uenarum. 7 si

sputum iam incepit erit rubedo in eo plus. Et cura ei est
flomia basilice ex latere opposito. deinde in initio flomie ei ex
latere doloris in die tercio. et detur in potu aqua ordei. et violarum
conditarum. Et si non fuerit sicca humectetur cum aqua fructuum. sicut
aqua prunorum et violarum siccarum. et cassiefistule. et tamarindi. Et si fuerit
dolor et punctum vehemens. fiat emplastrum cum violis siccis. et ca
momilla et farina ordei. et altea. de unoquoque quorum fiat pugi
llus unus. et conficiantur cum aqua et oleo sisamino. et emplastretur
cum eo locus dum est tepidum. ¶ Et si similiter fuerit sicca et difficul
tas spuendi vehemens valde. tunc da ei omni die ante aquam ordei
hora .i. hanc decoctionem. cuius confectio. Recipe ficus albas .xx. numero et
sebesten totidem numero bulliantur cum tribus libris aque. tam diu donec
perveniat ad libram .i. et semis. et coletur. et detur ex ea in potu media libra
cum .ʒ. v. violarum conditarum et .ʒ. iii. olei amigdalini dulcis. Si autem
mundificatur et sanatur infirmus. tunc illud totum est et si remanent
ex ea reliquie. iam diximus curam ei. ¶ Et fit pleuresis ex
colera et signa eius fuerint puncta et dolor in latere et calitas fortior quam
que est ex sanguine et pulsus durior et minor. febris acutior.
Et cura eius est flomia. et si ex latere doloris in basilica. et em
plastretur locus cum eis que diximus. et leniatur si sedes quod dixi indi
guerit solutio ventris. Et similiter fiat reliqua cura preter quam necessarium est
in his species. ut extinguatur inflamatio colere superflua ex tien
one. cum eis que sunt sicut mucillago psilii. et aqua citroli. et aqua
cucurbite. et aqua melonis indi. quecumque est prescripsit. et pad addicionem
cum aqua ordei. Et sit cibus ex kisek et cucurbita et spinacia et
quod fit ex malvis cum oleo amigdalino. Et fit ex sanguine
adusto nigro. et signa eius sunt vehementia puncture. cum siccitate
oris. et fortitudo febris. et asperitas lingue et post positio sputi. et ru
ditas eius. et difficultas ipsius et nigredo coloris eius. Et plurimum ei
est mortale. Et cura ei est flomia. et omnia que diximus. verum
quoniam ut potentur eis in his egritudinis extinguentibus repleta et
trahiciat super iulep. et potest aqua ordei tribus vicibus in die. et
ingiliatur tamen semel in die. et non prolonget sessionem in ea. et lo
coleris embrocetur cum aqua calida et assiduetur desuper emplastrum
Et fit pleuresis ex sanguine in quo dominatur fla. et est magis generata
lenior. et febris cum ea non habet magnum dominium et non est punctura
in latere. et est sputum in his egritudine. et mixtum est rubedo pro
ua. Et cura ei est flomia est. deinde decoctio ysopi et violarum. di
te et reliqua que diximus. Verumtamen extenuatio et humectatio quoniam
ut sint minores. lvii. de ptisi.

Ptisis fit aut pleuresis aut post sputum sanguinis aut post coriza
et curatur plurimum ex capite aut per tussim longam. Et nos
quid iam diximus signa ei sunt et curam ipsius tussis. lviii. de pe

Peripleumonia est flastica secundum plurimum et quandoque est sanguinea est. pleumonia
Et diximus iam colica. sed raro. et accidit abapasite quod est in pulmo
ne. Et iam diximus signa eius. et curam ipsius in capitulo tussis.

Et tus dispnia plurimum quod fit ex flate grosso lviiii. de dispnia
implente canalia pulmonis. et sunt cum ea oregmo magnus
in pectore. et constrictio anelitus. et illud quod faciunt canes in hane
litu cum currunt. et fit apud motum. Et cura ei est ut excluciat
illos humores grossos ex pectore. et iam diximus modos in capi
tulis humide. Et quandoque fit ex siccitate pulmonis. et signa eius sunt
sitis et subtilitas vocis. Et cura ei est sumere lac in potu.

Egritudines cordis quas possibile curare est lx. de egritudinibus cordis
sunt calitatio complexionis et debilitas. Apostema autem et disruptio aut
corruptio complexionis confirmate non sunt faciles ad curandum. Et
signa doloris mortem inferentium sunt casus pulsus post vehementiam
diversitatis et magnitudinis. et citrinitas coloris subito post vehemen
tiam rubedinis et sincopis difficilis. tarde evasionis. et sudor
frigidus. Quod autem ex eis curatur est calitas cordis non confirmata. Et
signa sunt vehementia calitatis pectoris. et magnitudo pulsus
et velocitas eius. et frequentia ipsius et febris insepibus. Et cura
ei est sumere in potu lac acetosum. extractio butiro. et rob
acetositatis citri. et rob malorum et rob acetose. et aqua candidorum
et tecilsis de camphora. et emplastre pectus cum sandalis. et a
qua ro. et camphora in frigidatis super mine. et alteratur emplastrum
cum sit tepidum. et detur in potu aqua frigida et bibeat in locis
frigidis. Et est ex frigore complexionis est non est confirmata. et signa ei
sunt raritas pulsus. et anelitus. et pigricia et constrictio leticie fa
ciei. Et cura ei est detur in potu vinum forte odoriferum et pu
rum. pauce quantitatis. et odorare odorifera calida. et inungere
pectus cum oleo nardino et emplastre ipsum cum spica et costo et
lauana et zipis et cinamomo et gariofilis et foliis indi. fiat emplastrum
cum vino et aqua citoniorum et aqua malorum. et impleatur cum eo cor. et
comedat expulli columbarum et vitelli ovorum et pulli avium et fa
sianorum et similibus pluribus speciebus quibus confortantur cibaria. Et est ex complexione
sicca simplex confirmata est. et signa sunt ei quod cor iam extenuatum
est. sed non totum. et pulsus durus parvus frequens. Et cura ei est
aqua ordei. si est febris quantitate vini. et sint post lactis et in tro
itus tinee. et balneatio cum aqua dulci. sicut diximus in capitulo tis
sicce. et positio cere. et alicuius olei super pectus. et inter scapulas et
potare oleum amigdalinum. sicut vinum paucum his modis. media est
oleo amigdalinum infundatur sicut ʒ. v. vini et bibitur ima
tutinus. deinde sorbeat sorbitionem factam ex ordeo aqua et oleo am
igdalino et zucaro. deinde ingiliatur tamen peregiliatur. et impleatur
pectus cum eis que diximus et vitet laborem. Et his curationibus fo
rtasse non sunt egritudines in corde. Nam si dominatur in dispo
sitionis adeo donec necesse sit ut cordi dominetur. inde fiet velociter
et non expectat curationem. et fuit apoplexia et paralisis propter acce
ssionem dominum huiusmodi. ¶ Debilitatis autem signa cordis sunt
et tremor cordis sine calitate et non est velocitas in pulsu et con
strictio anelitus et dispositio sincopi. adeo donec fortassis superve
niat ei sincopis. Ista accidunt in firmo est commovet. Et cura
ei est diamuscum. quod reponitur et metridatum. Et confert ei hec
medicamina. est confectio. Recipe. masticis et cinamomi et piperis .i. et silii
et seleumeniis et behen et melisse et folii indi. et cariandri
sicci et spice nardi. omnium ana .ʒ.i. et coralli et carabe et margari
tarum perforatarum et spodii. omnium ana .ʒ.s. et musci sextam .ʒ.i. conficiantur
melle extracto a mirobalanis kebulis conditis. aut fiant embli
cis. et mirobalanorum nigrorum et kebulorum. omnium ana pugillus .i.
et bulliantur in aqua .iii. et effundantur in illa aqua post .iii. super .ii.
post mellis dispumati et decoquatur donec mediet aqua. deinde conficiatur
cum eo. et inungatur pectus cum eis quod diximus. de odoriferis calidis. et cum
galina. et utatur suffumigationibus. et vino odorifero et cibi ei sint
pulli et edi. et vitella ovorum sorbilium. et vitet ludus et augm
to in sompno. et divitiis musicis et dormiat tiis. Dimittat
coitum et laborem. Et tremor cordis plurimum fit cum calore. Et
cura ei est flomia cephalice ex latere sinistro et detur in potu
lac acetosum et tecilsis de camphora quod diximus. Et fit tremor
cordis raro tamen ex multitudine melie in sanguine. Et his speciebus
tremoris cordis. nec est species tremoris cordis. Et signa ei sunt
corruptio cogitationis. et timor. et silvestras. et dispositio prima
melie que est ex dominio colere nigre in sanguine. Et cura ei est
quod diximus in capitulo melie. quod est ex dominio colere nigre in sanguine.
Et sincopis quod fit propter dispositionem que accidit cordi cum constrictione
cerebri. Et cura ei est mora post. rotatio aque frigide. et effusio ipsius
et insufflatio musci in nasum. et fricatio extremitatum et pe
dum prostratio. et odorare vinum. et odorifera. et odorare odores ci
barum odoriferorum. et sumere diamuscum cum aqua malorum. et tortellas ma
tas cum vino odorifero. In dispositione autem que est propter hoc considerandum
an sit ex debilitate cordis. an ex siccitate. an ex calliditate et
curetur cura sua. lxi. de egritudinibus stomaci.

De egritudinibus stomaci. sunt debilitas digestionis et malicia ysstibie
et putridatis appetitus. et superfluitas ei. et dolor qui commovet
in eo sine comestione et dolor qui commovet post comestionem. et vomit
ei quod comedit. et apostema. et ulcera. et debilitas quod digestionis. fit
ex frigore stomaci. et signa ei sunt eructuatio acetosa. et lenitas
ventris. et ei inflatio. et multitudo ventositatis et longitudo

more cibi in stomacho. Et cura eius est cum oximel. et electuarium diaspi-
ton. et alexandrinum et diacalamentum. Et confert ei semina calida sicut
anisi et ciminum et carui et gariofili et origanum et alcanudem
et que sunt illis similia singulariter et coniunctim. Et fit ex humiditate
stomachi. et signum eius sunt multitudo sputi et assiduatio nausie et pau-
citas sitis et velocitas descensionis cibi absque plurima alteratione
in eo. Et cura eius est vomitus. deinde trifera minor et sconia ferri con-
fecta. deinde medicine que exsiccant sicut thus et ciminum et embli-
ci conditi et balaustie et cipi et silia. Et fit ex humiditate stomachi cum
frigiditate eius et illud quod est plurimum. Et signum eius sunt eructuatio
acetosa et paucitas sitis et inflatio ventris et velocitas descen-
sionis cibi. Et cura eius est electuaria composita ex medicinis ca-
lidis et stipticis. sicut illud de olibano et illud de agno casto. et homo-
rusie. et trifera minor composita in ea piper et cetera. et electuarium dia-
citoniten non solutivum et aurea alexandrina et quecumque sunt plenius post vomitum.
Et fit cibus ex extra plurima habentia semina et species quibus condiuntur ea
dantur. et vinum sit forte antiquum. Et fit propter caliditatem stomachi cum
humiditate. et signum eius sunt paucitas appetitus et multitudo salive et
nausie. Et cura eius est vomitus. et sumere in potu yera picra. deinde
electuaria exsiccantia absque multa calefactione. sicut mirobolani
nigri et kebuli et emblici. que conficiuntur cum pussilum confectis cum sucis
infrigidantibus. et celemabin de citoniis quod conficitur cum eo rose ture et spo-
dium. Et fit debilitas digestionis ex siccitate stomachi. et signum eius sunt ex-
tenuatio corporis et dispositio similis ethice et vehementia sitis. Et
cura eius est balneatio cum aqua tepida dulci. absque mora
in ea. et sumere in potu lac et aquam ordei in tempore siccitatis pul-
monis. Et fit debilitas digestionis ex debilitate virtutis stomachi. et
signum eius sunt quod fit post vomitum plurimum. et digerit paucum et gravat
illum quod est super ipsum. Et cura eius est trifera magna et sconia et in-
unctio cum oleo nardino et emplastrum cum cipero et spica et squi-
nanto et mastice et thure et aqua citoniorum cum vino stiptico. et
detur electuarium de xiloaloe. et electuarium diacitoniten si
laxativum et multiplex masticatio mastices et acceptio eius
cum rosis et cipero et thure et fiat pulvis ex eis quorum unius-
cuiusque sunt ℥ .ij. et bibatur vinum stipticum et comedat ex cibis et fru-
ctibus stipticis. Et malitia fit digestionis aut ex caliditate com-
plexionis stomachi. aut ex colera in stomacho. aut ex emlia. Et signa eius sunt que
ex caliditate sunt multa sunt sitis et eructuatio fetida cum siccita-
te oris. Et cura eius est sumere cibi acetosi grossi sicut illi qui sunt in fri-
giditate sunt et acetosi cum vaccina carne et illi qui fiunt ex
agresta et sumac et potare aquam nivis frigoris et emplastro eius cum herbis
frigidis. Et fit cum humor qui est ex colera rubea in debilitate eius
et signum eius sunt nausia et vomitus colere et eructuatio fetida post co-
mestionem et corruptio ciborum levium in stomacho. sicut carnium agni
et bonitas gressorum ciborum ut carnis vaccine. Et cura
eius est vomitus cum sirupo acetoso et solutio cum yera pigra. deinde cibi ag-
dicti ante. Et fit ex emlia et signum eius sunt incendium ante come-
stionem que sedat comestio. aut de quo comestio aliquod
minuit et magnitudo splenis et vomitus acetosus faciens
congelationem in dentibus et dolor stomachi propter ante comestionem.
Et cura eius est solutio cum decoctione epithimi multarum vicium
et flomia basilicon et cibi facti cum oleo et oleo amigdalino et
vinum dulce. Et fit item debilitas appetitus propter caliditatem
stomachi et multitudinem colere in eo. et nos quod iam diximus signum
eius et curam ipsius. aut propterea quod corpus non sollicitat pedo. et
signum eius sunt repletio et longitudo quietis. Et cura eius est minora-
tio vel paucitas cibi et motus et exercitium. Et fit debilitas ap-
petitus quando non resolvitur aliquid ex corpore. Et signum eius sunt du-
ricies cutis corporis et longitudo tollerantie famis. Et cura
eius est balneum et fricatio et exercitium et fricatio in balneo
cum baurach et furfure cicerum. et sudare plurimum et assiduatio
balnei. Et fit quando epar non trahit aliquid de plurimo. et signum
eius est egestio alba et humidis. Et cura eius sunt omnia que faciunt
cibum penetrare et nutrimentum. sicut vinum vetus amarum forte.

decoctio modicum detur in potu. et balneum ante cibum et ex-
ercitium. et omnia que calefaciunt epar et aperiunt opilationes
eius. sicut diacalamentum et diapipereon. et electuaria calida subti-
lia. Et fit propter retentionem eius quod distillat ex emlia in os stomachi et si-
gna eius sunt ut non patiatur famem quousque comedat in quibus da-
bo eis multitudinem unam digerit deinde. tunc est fames permanens et dispo-
sita. Et cura eius est assiduatio ciborum acetosorum aggravantium
acetositatem et stipticitatem. sicut acetosa et agresta et sumac et ri-
bes. et cibi infrigidantes et alkekengi et infrigidanti eis est fenum et aromi
ustratio. alcaucumber et dolores confectorum in quibus est calitas
sicut sunt cepe et allia et porri et piper et allium et sinapis et silia montana. de-
illis que excitant appetitum cum modicitate paucitatem que
in eam sunt. Et fit propter egritudinem in stomacho venientem ad os stomachi.
Et signum eius sunt ut non inveniat propter istas medicinas et cibos acu-
tos. suum aut plurimum sensum. et non accidit ei nausia. Et cura eius est
difficilis. attamen curatur per dispositionem cum confortatione cerebri et cum
emplastris calefacientibus de illis que ponuntur super os stomachi. Et fit dolor
stomachi aut ante comestionem. et dolor qui fit more stomachi ante co-
mestionem. aut propter apostema aut propter ulcera. aut propter acetositatem gressa-
rum extendentem ipsum. Et ille qui fit per comestionem. aut est cum
vomitu aut sine vomitu. et signum doloris qui fit ex apostemate calido in
stomacho sunt febris et apparitio apostematis in stomacho et appetitus casus omnino et
vomitus et sitis. Et cura eius est flomia. deinde vomitus et trocisci de spo-
dio cum rob agreste. et rob de citoniis et que sunt silia montana. Et ex-
sunt pedo. aqua ordei cum granatis. faciat illud usque quo allevie-
tur febris et calitas. et post illud sumat in potu aquam endivie in
qua dissoluta sunt medulla cassie fistule et trocisci rosati. Et quando
antiquatur sumat in potu trociscos de bdellio et emplastrum imponen-
tur eis sandali et ciphi et rosis. Et si sedatur calitas et fortior
fit tunc emplastrum cum cera et oleo nardino in quo iam priecta
sunt post tunc duo aurei aloes et duo aurei mastic et duo squ-
nanti et duo cipi et tres aurei bdelly dissoluti cum vino
Et si apostema quod accidit in stomacho. plurimum accidit in ore eius. et permutatur
ad apostema durum. aut collectionem saniei fit de elan. et ego di-
cam signum eius et curam ipsius cum dicetur ulcera in stomacho. Et fit propter apo-
stema flaumum et quod parum accidit in eo. Et signum apostematis flanci sunt feb-
ris levis et multitudo sputi cum calitate appetitus et inflatio stomachi absque
duricia magni. Et cura eius est ut detur in potu infusio aloes
et allevient cibi et aboreatur vomitus et emplastrum cum cinere ar-
boris vitis et cipero et squinanto et spica confectis cum aceto. Fit
apostema durum in stomacho et pars accidit incipiens. et non accidit nisi pro
apostema calidum et iam nos diximus curam eius. Si autem induretur
in dispositione sua valde. empletur cum fortibus dissolventibus.
sicut est hoc emplastrum. cuius confectio. Recipe seminis canulle et amigdalas ama-
ras excorticatas et bdellium et storacem liquidam et mirram et spicam
et masticem et ciperi et squinanti resoluantur gummi cum vino et aqua
gumiur cum eis reliqua et fiat ex eis emplastrum. Et fit dolor propter
ulcera in stomacho. et signum eius sunt quod fortior fit dolor cum comedit
res acetosas et acutas. et apparet in vomitu aqua ordei aut in
egestione sanguinis aut sanies cum dolore aut inter utrasque
scapulas. aut sub collo. aut super umbilicum. Et cura eius est
ut detur in potu aqua ordei. si fuerit calitas deinde detur in potu
post duas horas hec medicamina. cuius confectio. Recipe thuris et sanguinis
draconis ambonum ana ℥ .v. et rosarum et balaustiarum et gumme arabice omnium
ana ℥ .ij. boli ar. ℥ .iij. detur in potu cum aliquibus rob stip-
ticis. Et propter debilitatem in stomacho. et signum eius est ad ulcerationem in
stomacho quando sedatur febris et dolor per apostema calidum magnum sensu proprie
tamen velociter. Si autem remansit in stomacho. scias quod apostema iam collec-
tionem fecit saniei et indiget eo quod disrumpit ipsum. dentur
ergo in potu ei lac dulce et aqua calida una vice post aliam. et post mat
desuper et moveat. Si igitur commovetur timor et egestio sanguinis et saniei
et detumescit apostema. scias quod iam disruptum est. et si illud non est. tunc
cibum infirmi sinapi et da ei in potu aquam mellis donec disrumpatur.
Quod si disrumpitur. tunc da ei in potu aquam mellis vice una et bis me-

dicam uice una donec mundificet ipsum aqua mellis. et dissoluet ipsum hoc medicamen. Et fit dolor in stomacho ex uentositate tendente ipsum et signum eius sunt quod commouet post digestionem cibi in latere sinistro super splenem. et nigra eius primum dissup. Et cura eius est stare erect. et deambulatio. et aduocare eructuationem cuminum et masticationem thuris. et durando ... et cibos inflantes. Et fit dolor quod commouet post digestionem plenam. et corrumpitur cum eo digestio. et non commouet post comestionem primam. et non corrumpitur digestio. Et cura eius est ut comedat ... et doloris qui commouet post comestionem. signum est quod commouet post digestionem plenam. Et fit dolor in eo est qui non commouet post comestionem ... sedatur nisi uomitu. et est uehementior stomachi. Et cura eius potare infusionem aloes. deinde trociscos yleos. et dispone cibum in pluribus uicibus. et post motum ante cibum labinodes mellis. Et confert ei ut sumat uitella trium ouorum assatorum et 3 i. coriandri sicci triti et conficiantur cum melle dispumato. et comedant ante cibum omni die. et confert ei ut cauterizetur caput super commissuram media cautio longo

Et fit augmentum appetitus. aut propter uehementiam laboris aduenientis homini in ambulatione sua. aut propter multitudinem eius quod effunditur de colera nigra ad os stomachi. aut propter frigiditatem stomachi aut propter uehementiam ... corporis. Si autem est propter multitudinem effusionis colere nigre tunc signum eius sunt quod est cum multitudine comestionis multitudo egestionis. et in infirmo si non comedit excitatur mordicatio uehemens in stomacho suo. et non tollatur quousque comedat. Et cura eius est cibus pinguis et uinum clarum. et electuarium basilicon. et decoctio epithimi. et cauterizet uehementer uentose super splenem. Et fit ex frigore stomachi. et signum eius est. multitudo comestionis cum multitudine singultus. sine mordicatione. Et cura eius est illud quod diximus in stomacho frigido. At non oportet conforter et assiduet curationem. Et fit ex exilitate corporis. Et signum eius est. ut non sit in eo egestio secundum quantitatem ingestionis comestionis. Et cura eius est sessio in aqua frigida. et in locis frigidis. et inungere corpus oleo mirtino. et cera. et cibi grossi humidi tarde penetrationis sicut sumac. et agresta. et carnes uaccine. et arietine. et cibi uiscosi et opilatiui sicut phelugia et caseus recens. et panis azimus. Et fit aliud quod accidit ex uehementia laboris deambulationis. et signum eius est quod commouetur post famem uehementem sincopis. Et cura eius est ut in potu sumat uinum. et aqua carnis cum speciebus condientibus. et prohibeatur a sompno. deinde ingrediatur balneum. Et fit ex desiderio mali. et accidit aut mulieri pregnanti aut ei qui in stomacho suo habet humores malos. Et cura eius est ut detur mulieri pregnanti electuarium de xiloaloes. et diacitoniten uiolatum. et comedat de carne galline. et cerebell edi. et arietis assati. et euomat in quibusdam horis uomitu leui. et comedat remedium de cepe. sinapi. et allio. Illi autem qui desiderat res malas sicut carbones et lutum. euomat. deinde sumat in potu infusionem aloes. et detur eis post illud de trifera facta cum scoria ferri et sedet appetitus eorum cum excitatur. cum rosione ossium pullorum columbarum assatorum. et carne salita sicca preparata facta cum amomo et spodio. et nuce muscata. et alkekengi. et cardamomo. hec enim sedant omnia que diximus. lxvi. De colica passione.

Colica passio fit ex consumptione cibi in stomacho et intestinis. Et signum eius sunt antecessio sacietatis nausiate. et multitudo uentositatum in uentre. ante eam per dies aliquot. et quod incipit cum dolore ubi ilei. et punctura eius. deinde aduenit solutio plena. aut sine uomitu aut cum uomitu pauco. Et cura eius est ut bibat hora ... punctiuum et contorsionem. aqua calidam. in qua bullitum fuit ciminum multotiens. et requirat sompnum. et prohibeatur ab assellatione quantum possibile est. et infundat tortellas in uino ueteri. et comedat eas. Si autem sunt grauitatem in capite suo dormiat. et cum euigilat ingrediatur balneum et prolonget tempus. deinde redeat ad consuetudinem suam paulatim. Et fit effusione colere rubee in stomacho et intestino. est superfluitate. et est deterior ceteris et peior. et magis deficiens. et cum ea est nausia uehementissima ualde. et sitis assidua. et bibat aquam frigidam. et sedatur nausia eius. donec calefiat in stomacho. deinde euomit eam et quoniam est cum eo solutio uentris est. et quoniam superfluit adeo donec fiat super uenire infirmo sincopis et cadit pulsus. Et cura eius est ut sumat in principio cum incipit aquam calidam plurimum. ut euomat cum facilitate et egrediatur plurimum illius colere. Cum ergo peruenit uomitus ad hoc ut cadat uirtus. tunc ligentur ... ad uirtutem et infrigidet stomachum eius ut cum niue ponendo eam super ipsum et effundatur super eum aqua frigida. et da ei in potu rob granatorum purum una uice post aliam. et quando euomit ipsum. reitera et da ei in potu stomachum. et lutum anesum birum. et rosas siccas et dissolue ea in aqua malorum. et ei da in potu de aqua frigida. et quando euomit eum. reitera donec uideas uomitum aleuiari parum. et tunc fac cum sorbere aquam cum qua assumpta expulit omnia. et funde super eam puram aquam citoniorum et pirorum uini. et puluerizza desuper tortellas. et tortas. et si euomit eas reitera illud super illud eum donec recipiat illud. et da ei in potu aquam agreste. in qua infusi sunt pulli columbarum assati et triti. Et cum recipit cibum tunc da ei in potu uinum. et cooperi eum ut dormiat. nam uomitus sedatur cum sompno omnino. lxvii. De eructuatione. nō vou

Eructuatio simul multiplicatur. digestionem corrumpit. et quando minoratur inflat stomachum. et quando minoratur confert ei masticatio thuris et cimini. et quando multiplicatur utatur uomitu ante cibum et electuario diapipereos. et cetera. et conditio. et balneo. lxviii. De singultu.

Singultus fit aut propter rem mordicantem os stomachi. aut uentositatem grossam extendentem ipsum. aut propter apostema in eo est. aut post solutionem et eructuationem superfluam. et signum eius sunt. qui accidit a mordicatione oris stomachi. sunt quod fit post comestionem rei calide. aut uomitus colere rubee. aut uiridis. aut nigre. Et cura eius est trahere aqua calidam aliquociens. deinde sumat oleum amigdalinum. aut sumat de butiro paulatim. et tunc si sedatur dolor bonum est. et si non ... e uomitum dando in potu sirupum acetosum. et aquam calidam et euomat ea multociens. deinde da ei oleum et sorbitiones leues factas ex amilo et oleo amigdalino et zucaro. Et quando est ex uentositate grossa. tunc signum eius est quod fit post sacietatem nausiatiuam. et accidit infantibus plurimum post multitudinem suctionis mamille. Et confert ei ameos. et cetera. et calamenti et mastic. singulatim. et composite. et confert ei sumere in puluere folia sisimbrii sicca triti. aut folia rute aut calamenti aut semen eorum. aut de uncos quorum sumat pulueris pondere 3 ii. cum uino puro aut decoctione cimini. et calamenti. et dissoluat in aqua parum thuris. et det in potu et uaporet locus. et ingrediatur balneum calidum. et trahiciat aquam calidam non superfluam. Et eius quod fit ab apostemate epatis calido. signum sunt febris acuta. et nausia. Et cura eius est electuarium basilicon. et sumere in potu aquam ordei. et aquam granatorum. et emplastrare epar cum sandalis. et aqua rosacea. et aceto. et camphora. et sumere in potu aquam solatri et endiuie bullitam. et colatura cum sirupo acetoso. Et fit singultus accidens post dietam et solutionem uentris. et reliquas euacuationes. Et plurimum eius curationem non habet. et est signum malum. et curatur si disponitur sumendo in potu lac et sperma et sorbitiones leues. et uinum plurime commixtionis et aquam carnis. lxv. De egritudinibus epatis.

Egritudines epatis sunt. aut apostema calidum. aut apostema durum. et non forsitan sit flatus. aut opilatio. aut malitia complexionis calide aut frigide. aut debilitas eius tantum. aut uentositas grossa sulxo. Et ycteritia et ydropisis. Et signum apostematis calidi in epate sunt febris inseparabilis. et uehementia sitis. et uomitus colere. et quoniam sunt cum eo singultus. et ycteritia et tussis sicca et ea est quod non est sputum omnino. et casus appetitus. Et cura eius est incipiens. et usque ad ebdomadam unam est flebotomia basilice cephalice ex latere dextro et emplastretur epar cum sandalis. et camphora et aqua rosacea. et infrigidetur sperma et fit contritus pectus cum aqua ordei. et detur in potu aqua granatorum. acetosorum et aqua endiuie. et aqua solatri. cum sirupo acetoso. deinde puro acetoso. Cum ergo alleuiatur febris. sit cibus eius ex olibus et agresta et pulli et dimittat uinum omnino usque quo uerificetur ei sanitas et collectionem ipsi sequitur uomitus sanie. et sanguinis et egestio utriusque. et commit- duritiem eius ydropisis. et signum resolutionis est quod alleuiatur in fine post sedationem febris et quiescunt omnia accidentia et sedantur et redit cor-

